



3500 10/10/79
Cat ALB


0
5


LORPHEUS




70









Π Ε Ρ Ι Λ Ι Θ Ω Ν .

DE LAPIDIBUS,

POEMA ORPHEO A QUIBUSDAM ADSRIPTUM,

GRÆCE ET LATINE,

EX EDITIONE JO. MATTHIÆ GESNERI.

RECENSUIT NOTASQUE ADJECIT

THOMAS TYRWHITT.

SIMUL PRODIT AUCTARIUM
DISSERTATIONIS DE BABRIO.

L O N D I N I,
TYPIS J. NICHOLS;
APUD BIBLIOPOLAS, PAYNE, WHITE, ET ELMSLY.

M.DCC.LXXXI.

HISTORIA

DE TABACCO

AVTORIS MATHIAE WOODWARD

PHYSICI

IN ACADEMIA REGIA BRITANNICA

PHYSICAE

PHILOSOPHIAE

SINGULI PRODIIT AUCTARIUM

DISSERTATIONIS DE TABACCO

LONDON

1750


AD P. HENRIQUEZ

MDCCCLX

ms. David

E R R A T A.

- P. 28. v. 181. post Καπνον pone comma.
36. not. l. antepenult. l. αγγελω.
60. v. 445. pro ετελλιν, l. εμελλεν.
76. v. 598. l. παραίσσασσι κεραυνοι.
80. v. 620. pro μυθοισι, l. μυθοισι.
Ibid. v. 631. l. δι' αμυμοςος.



P R Æ F A T I O.

ORPHEI nomen, poemati huic præfigi solitum, cur omiserim, patebit ex notatis ad argumentum, p. 6. n. (2).

In cæteris editionem JO. MATTHIÆ GESNERI, quæ simul omnes priorum editorum notas continet, repræsentare constitui, sublata tamen prævissima illa carminis in plures sectiones distributione, quam ab auctore profectam nemo credat, & quæ ad mentem ejus obscurandam magis quam illustrandam sæpius est idonea(1). Porro cum poema hoc, post tot editiones, partim ob oeconomiam ipsius prorsus ignoratam, partim ob graves, quibus singulæ scatent paginæ, librariorum errores, etiamnum (secundum illud Aristotelis) *εκδεδομενον και μη εκδεδομενον* jure censeatur, mihi

(1) Inter alia interpretationem Latinam, a Gesnero, ut titulus præfert, *utcumque accuratam et emendatam*, recudendam dedi. Cujus jam poenitet. Sed profecto, antequam schedas post typographorum operam corrigendas perlustrarem, non animadverteram, quam parum interpretatio illa ad auctoris nostri illustrationem profutura esset.

præcipue laborandum duxi, ut oeconomiam ejus, quoties a Gefnero male perspecta est, plane et distincte exponerem, tum vero librariorum errores quibus poteram, sive meis sive aliorum subsidiis, tollere tentarem. Et in hac quidem altera et difficiliore opellæ meæ parte, quam viam institerim, accuratius paulo dicendum est.

Inter opera Orpheo tributa in edit. Philippi Juntæ, a. 1500. hic libellus *de Lapidibus* non comparet. Primum lucem vidit ex æd. Ald. a. 1517. ex MS. valde depravato. Recusus est ap. Hæred. Junt. a. 1519; ab H. Stephano, a. 1566; ab Eschenbachio a. 1689. Harum omnium editionum varias lectiones fideliter, credo, enotavit Gefnerus, diligentia magis laudabili quam eventu prospero, cum pleræque earum sint meræ typographorum hallucinationes, et satis constet posteriores editiones vel Aldinam expressisse, vel ab illa sine auctoritate Codd. MSS. discessisse. Variis hisce lectionibus nonnullas etiam doctorum virorum conjecturas, hinc inde collectas, nonnullas, nec infelices, de suo addidit Gefnerus; neque ipse tamen Codice ullo MS. usus. Tandem post mortem ipsius, collatio Codicis Parisiensis, a Ruhnkenio V. Cl. subministrata, editioni quæ Lipsiæ prodiit a. 1764. laudabili sane consilio adjecta est; cum Codex ille, licet non optimæ, ut videtur, notæ, novas quasdam et luculentas

lentas præbuerit emendationes, tum etiam plures levioris momenti, quas Eschenbachius ex conjectura tantum H. Stephani ediderat, auctoritate sua confirmaverit.

His igitur subsidiis instructus, primum operam dedi, ut textum editionis Aldinæ ex collatione MS. Parisiensis quantum poteram emendatum sifterem, adhibitis etiam nostri locis quæ a Tzetze prolata sunt, ex MS. alio certe et nonnunquam meliore. Quam unicam posui quasi ex Stobæo emendationem, ver. 75. Conradi Gesneri ingenio potius tribuendam reor. V. p. 2. n. (1). Sed cum verissima sit, non magni interest (2).

Ex-

(2) Re accuratius paulo investigata, non dubito loca omnia nostri, quæ in editionibus Stobæi post primam leguntur, a Conrado Gesnero interpolata fuisse. Simile quid observavit Fabricius *Bibl. Gr. VIII.* p. 666. de locis *Simplicii, Gregorii Theologi, Pauli Silentarii, Agathia, et Agapeti*. “ Nam ex Photio, qui auctorum, e quibus Stobæus sua selegit, textit nomina, exploratum est, nullum horum a Stobæo testem citatum esse, verum loca illa ab alia manu, ut Agapeti ab editore Gesnero, accessisse.” Equidem *loca illa omnia* (non solum Agapeti) a Gesnero inserta credo; ut et *Hymnos Proeli* duo, p. 389, 390. et ex *Orphicis*, qui vocantur, quinque, *ibid.* et p. 100. tum etiam plures versus ex barbaro illo scriptore, qui nomen *Phocylidis* mentitus est. Ex vero scilicet Phocylide duo tantum fragmenta, opinor, conservavit Stobæus, p. 434. 496.— Utinam exoriatur aliquis, qui genuinum nobis Stobæum ex Codd. MSS. emendatum donet, aut saltem *Eclogas Physicas et Ethicas*, quæ a Cantero ex codice mutilo et mendoso editæ sunt. Quantum in his suppleri et emendari possit, ex MSS. Augustano et Leidensi, præclarum specimen dedit Scriptor Anonymus

vi P R Æ F A T I O.

Exhausto hoc ex Codd. MSS. auxilio, cum plurima et gravissima adhuc restarent vitia, ad ea tollenda conjectura sola utendum erat. Provinciam autem hanc, lubricam sane at necessariam, ita administravi, ut eas doctorum virorum conjecturas, quæ certæ videbantur, id est, in quibus neque de vitio nec de remedio dubitare poteram, in textum admiserim, priore lectione in notis deposita; cæteras minus certas, in quibus scilicet aut de vitio aut de remedio dubitabatur, in notis memorare satis habuerim; nonnullas plane ineptas, quales etiam primariis disciplinæ nostræ hominibus aliquando excidere solent, silentio præterierim. Meas autem ipsius conjecturas in textum nunquam intuli, cum de illarum veritate ab aliis judicari maluerim; quod quidem futurum erat, etiam si non maluiffem.

Restat ut de ætate nostri auctoris paucis agam; nam de ipso quod dicam nihil prorsus habeo. Unicus autem exstat locus, ut in n. ad ver. 70. innui, ex quo de ætate ejus conjecturam aliquam saltem facere possumus. Is est ver. 73-4.

in Miscell. Observ. vol. VII. p. 181—196. ex quo hic tantum notare juvat, versum integrum, et ad sensum apprime necessarium, *Hymno Cleanthis* restitui posse, post ver. 17. Πλην ὅποσα εἰζῆσαι κακοὶ σφετεριστῶν ἀνοιαῖς. Sic enim pergit MS.

ΑΛΛΑ ΣΥ ΚΑΙ ΤΑ ΠΕΡΙΣΣΑ ΕΠΙΣΤΑΣΑΙ ΑΡΤΙΑ ΘΕΙΝΑΙ,
Καὶ ΚΟΣΜΕΙΝ τὰ ἀκόσμη. κ. τ. λ.

Καὶ

Και κεν ὁ μὲν κονιαισιν ὑπ' αορι κράτος απευθης [f. αμερθεις]

Λευσαλεω θανατω διος φως εκελευσθαι.

Hinc vero, ut mihi quidem videtur, verisimile fit, auctorem nostrum iis temporibus scripsisse, quibus Magia, velut crimen capitale, gladio vindicaretur. Hoc autem nulla lege fancitum invenio ante imperium CONSTANTII. Tum demum, invalescente Christianismo, A^o. scilicet C. 357, Constantii prodiit edictum de *Magis*, &c. *supplicio capitis feriendis* (3). Sub Magiæ autem nomine damnabantur *Aruspicinæ*, *Vaticinia*, et artes omnes *Mathematicæ* vulgo dictæ; tum etiam *Theurgia* illa mystica, quam præcipue excolendam susceperant Philosophi, qui a Plotino usque sapientiæ Platoniciæ fæcibus se ingurgitaverunt (4).

(3) V. Cod. Theod. IX. Tit. XVIII. 5. Constantio A. IX. & Juliano C. Confl. “*Supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus, quicumque iussis nostris obsequium denegaverit.*” Deinde recensentur, in quos lex lata est, “*Cbaldæi et Magi, et cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat.*” Hi omnes uno verbo γοντες tunc temporis Græce vocabantur.

(4) V. Eunapium in *Vit. Philos.* et speciatim in vitis *Maximi et Chrysanthii*. Et Maximus quidem, *vir ingenti nomine doctrinarum* (ut a Marcellino vocatur. l. XXIX. c. 1.) Juliani Imp. olim præceptor et familiaris, vetitam hanc circa res divinas περιεργίαν morte luit, sub Valente correptus, ob oraculum quoddam sciscitantibus expositum, et *capite truncatus*. Marcell. l. c. Eunap. v. Maximi. Quid igitur? (quoniam conjecturis agendum est) quid si ponamus auctorem nostrum ad hanc ipsam Maximi hujus eadem tum recentem respexisse, et proinde sub Valente floruisse? Nihil certe video, quod conjecturæ huic multum adversari possit; non pauca, quæ auxiliantur.

Posito igitur (non dicam demonstrato) Scriptorem hunc in sæculo, quod legem illam Constantii infecutum est, vixisse, facillimum erit difficultates nonnullas, quæ ex ulla alia hypothesi mihi vix solubiles videntur, explicare. Hinc enim patet, cur multorum lapidum virtutes tam medicas quam theurgicas apud nostrum invenimus, quorum ne nomina quidem ab antiquioribus de hac materia scriptoribus, Theophrasto scilicet, Dioscoride, Plinio, aut Galeno, memorantur (5). Hinc quoque ratio petatur, cur auctor non modo nomen suum operi nusquam inscripserit, sed etiam ab omnibus rebus, quæ indicium sui facere possent, prudens, ut videtur, abstinerit (6); cur denique libelli exemplaria tam
 pauca,

(5) Has lapidum virtutes, quæ vocantur, sive potestates, universas a Theophrasto aut ignoratas aut neglectas fuisse constat. Nonnullæ a Dioscoride *περι ἕλ. ιατρ.* L. V. et a Galeno, *περι ἁπ. φαρμ.* L. IX. recensentur, præcipue medicæ; plurimæ omnis generis a Plinio. N. H. L. XXXVII. qui etiam quæcunque in hoc libello leguntur non omiffurus videtur, si ei alicunde innotuissent.

(6) Turbæ illæ sub Valente, quæ Maximo funestæ fuerunt [V. supra. n. (4)] copiose satis enarrantur ab Amm. Marcell. L. XXIX. Primorum reorum crimen erat *nomen imperaturi post Valentem detestandis præfagiis didicisse*. Procedente quæstione, inquit Zosimus. L. IV. P. 743. *προς οργην ἀμύλην ὁ βασιλεὺς ἀναστάς ὑποπλῶς εἶχε πρὸς ἀπαλλαγῆς τῆς ἐπι φιλοσοφίᾳ διαδοχῆς, ἢ ἀλλῶς λόγοις ἐπιθεραμμένους*. Interficiabantur igitur, præter *Maximum*, ἢ ἐκ Φρυγίας ἸΔΑΡΙΟΣ ὃς δὴ χερσημον *τινα λόγον εἰς το σαφιστερον ἐξημενευσας*; καὶ ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ *ἐπι τέλω*; καὶ ΠΑΤΡΙΚΙΟΣ ὁ Λυδός; καὶ ὁ ἐκ Καρίας ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ. *ἦσαν δὲ ἔτσι παν-*

pauca, quasi furtim, distributa fuerint, ut non mirandum sit, eum vel per octo sæcula latuisse, vel tandem in Tzetis manus sine ulla scriptoris sui memoria devenisse (7). Quod vero ad internos scrip-

τες εις αικρον παιδειας ελληθολεις, και φθορα μαλλον η ψηφη δικαια κατακριθεντες. Id. p. 744. Paulo aliter de *Hilario* Suidas in v. *κατα παιδειαν* μεν ην αυτη ε γνωριμος. κοινωρει δε αυτη θεος εδοκει της τε μελλοδος προγωγσεως. ωστε η μαντις αριστος. Et de *Patricio* sic, in v. *ος της απο των φαινομενων η παραλρεχοντων σημειων τεκμαρσεως ακριβης ην εξεταστης*. Scilicet, cum Philosophi Magiæ operam darent, non mirum est Magos pro Philosophis habitos. Incendium idem sub Valente Libanium pene corripuit [de vit. sua. p. 56.] qui etiam ob Magiæ crimen sæpe alias periclitatus est. [ibid. p. 57. 17. 34-5.] Post multorum, *ut pecudum, ubique trucidationem* (inquit Marcellinus. l. c.) deinde *congesti innumeri codices, et acervi voluminum multi, sub conspectu iudicum concremati sunt, ex domibus eruti variis, ut illiciti, ad leniendam cæsurum invidiam*. Scæpius autem accidit, ut, *signatis reorum domibus*, immitterentur, *qui inter scrutinia supellectilis poenis addicti incantamenta quedam anilia vel ludibriosa subderent amatoria, ad insontium perniciem concinnata; quibus in iudicio recitatis, ubi non lex, non religio, non æquitas veritatem a mendaciis dirimebat, indefensi bonis ablatis, nullo contactu delicto, promiscue juvenes alique, membris omnibus capti, ad supplicia fellis gestoriis ducebantur*. INDE FACTUM EST PER ORIENTALES PROVINCIAS, UT OMNES, METU SIMILIMUM, EXURERENT LIBRARIA OMNIA: TANTUS UNIVERSOS INVASERAT TERROR.

(7) Michael Psellus, qui centum annis ante Tzetzen vixit, et libellum scripsit *de Lapidibus* qui hodie exstat, nihil habet quod ex nostro certe derivatum dicere possimus. Tzetzes tandem sæculo duodecimo (non *solus*, ut dixi in n. (1) p. 3. sed) fortasse *primus* poema hoc sub titulo Orphei citavit; nam auctorem Epitomes (de qua V. ADDENDA) ante Tzetzen vixisse non est cur credamus. Scriptorem autem nostrum in Tzetis manus *αναγνωμον* venisse, et proinde Orphei nomine ab eo donatum fuisse, idcirco verissimum puto, quia video

Σ Π Ρ Æ Φ Α Τ Ι Ο.

scriptionis characteras attinet, difficile dictu quantum lucis et energiæ præmio accedet, si supponamus auctorem id agere, ut mirabiles philosophiæ theurgicæ potestates extollat, et simul queratur de nova illa religione quæ his *deorum donis*

plures alios tractatus, quorum ne tituli quidem ab auctoribus vetustioribus memorantur, ab eodem, velut Orphei, fidenter laudari, tam in Chiliafi, quam in Commentariis ad Hæfiodum et Lycophronem, quos etiam unius Joannis Tzetis opera fuisse constat. [V. Fabric. Bibl. Gr. X. 245. seq.] Hic scilicet non solum vetustissimi vatis librum hunc ΔΙΘΙΚΑ inscriptum, sed etiam ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ, et ΔΩΔΕΚΗΘΡΙΑΔΑΣ, et ΓΕΩΡΤΙΑΝ, ad manum habuit; cum aliorum plures vericulos ex variis locis citaverit, et τὰς ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ quasi τὰς Hæfiodi 'ΗΜΕΡΑΙΣ in toto opere præferendas extulerit. *Comment. ad Hæfiod. 'ΗΜ. princip.* Rem vero sic se habuisse suspicor. Incidit forte Tzetes in librum omnia hæc poemata simul continentem; in quo libro cum primum locum occuparent ΕΦΗΜΕΡΙΔΑΣ. v. g. quæ, utpote Musæo inscriptæ, ad Orphea auctorem pro more referendæ viderentur, ipse prophanter nimis et incaute cætera etiam in eodem libro poemata Orptheo tribuenda existimavit. Nam, ut infra monui, p. 6. n. (2) incredibile est quenquam, nisi ex tali errore, poema hoc περι λιθων Orptheo tribuere potuisse; et poema ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΤΙΑΣ, ex quo, velut Orphei, multos versus protulit Tzetes, fatis jam constat non aliud fuisse ab illo, quod vulgatum est a doctissimo Fabricio in Bibl. Gr. VIII. sub vero ejus titulo, ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ. V. Wesseling. *Probab. c. 17.* Quam parum autem in his rebus Tzetes viderit, nihil attinet dicere; quam pronus vero in errorem fuerit, præsertim de scriptis sub Orphei nomine, ipse clarum documentum dedit in *Prolegom. ad Lycoph.* ubi, postquam Orphea inter Hymnorum scriptores memoravit, subjicit, γραφῆι γὰρ ὁ Ὀρφεύς, χωρὶς τῶν ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΚΩΝ, καὶ ΕΠΩΔΙΚΩΝ, καὶ ΜΑΓΙΚΩΝ, καὶ τῶν ἑτεῶν, καὶ ἕμνης ἐκ Διῶ, καὶ τῶν λοιπῶν, ἕτω Ζεὺς παρὰ τοὺς γενεῶ. κ. τ. λ. Qui talem scriptorum farraginem, velut Orphei, amplexus fuerit, cum omni iudicandi facultate caruisse manifestum est,

mortales intercluderet (8). Oratio autem, sicut a Græcismo vetere et sincero in tantum defleçit, ut facile satis credamus eam ab homine Afiano post tempora Constantii profectam fuisse, ita nitidior est, et luminibus poeticis magis distincta, quam ut ætati multo feriori imputari possit. Ex his igitur omnibus simul perpensis; ex materia, et forma, et fatis, et consilio, et stylo hujus poe-

(8) V. ver. 22—53, in quibus nihil fere invenias, quod non per scientias magicas & theurgicas fieri posse vulgo credebatur. Cum vero Christianismus jam dominans, auxilio legum scientias has coerceret et tolleret, non certe incredibile est Poetam, religionis veteris cultorem, querela tali usurum fuisse, ver. 67—81.

Ουδὲ τις οἷδε θεοὺς οὐπιζόμεν ἀθανάτοισι·

Ἐκ δ' οἷγε ποτοίων τε καὶ ἀνδρῶν πλάσαν ἐσθλήν

(A δειλοὶ) σοφίην, Ἐξίτηνον ὑβριζόντες. κ. τ. λ.

ΘΕΟΙΣ scilicet ΟΠΙΖΕΜΕΝ, vel ΘΕΟΥΣ ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ, Ethnicorum, secundum ipsos, proprium erat; Christiani ἀσεβεις, ἀθεοι, audiebant. Sic Eunapius, *Vit. Maxim.* p. 89. de Juliano. πάντας μὲν λαθάνων ὅτι ΘΕΡΑΠΕΥΕΙ ΘΕΟΥΣ. et p. 107. de Festo. ὃ δὲ παρήλθε μὲν εἰς τοὺς Νεμεσίων ἱερὸν καὶ τοὶ γὰρ οὐδεπότε φησας ΘΕΡΑΠΕΥΕΙΝ ΘΕΟΥΣ, ἀλλ' ἔς ἐκολλασεν ἀπάντας ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ἀνηρκῶς. Hic autem Festus (ut id obiter moneam) Maximum capite truncari fecit, de quo supra n. (4). ΣΟΦΙΑ porro hic eadem est cum *Philosophia* illa, super quam Julianum sic compellat Mamertinus in *Gratiarum actione.* c. XXIII. “*Tu PHILOSOPHIAM paulo ante suspectam, ac nudum spoliatam honoribus, sed ACUSATAM AC REAM, non modo JUDICIIS LIBERASTI, sed amictam purpura, auro gemmisque redimitam, in regali solio collocasti. Susplicere jam in cælum licet, et securis contemplari astra luminibus, &c.*” Similia habet Libanius de *Vit. sua.* p. 40, 41. et in *Epitaph. in Julian.* p. 291. Constantii enim lex, supra memorata, n. (3), Juliano impetrante irrita jacuit; mox autem sub Valente acerbis intendebatur. V. n. (6).

matris;

matis; mihi saltem verisimile videtur, auctorem ejus neque ante Constantium, nec multo post Valentem, vixisse. Judicet Lector eruditus (9).

(9) Rem non omnino *απροδιουσον* me facturum arbitror, si eidem judicio hic sistam conjecturas nonnullas, quæ mihi inter scribendum subnatæ sunt, de ætate alterius poematis Græci anonymi, quod falsò, ut opinor, MANETHONI tributum est.

Libri istius scriptorem *antiquitatem mentium fuisse* olim conjecit Lucas Holstenius, *ex stylo et numeris*, ut ipse ait. *Præf. Gronov.* ad Manethonem. Hanc autem viri doctissimi suspicionem non sine irrisu reprobans Gronovius, Manethonem quendam Ægyptium, bona fide usum, Apotelesmatica hæc sua regi Ptolemæo, et quidem Philadelpho, inscripssisse statuit. *Ibid.* nec quenquam ex recentioribus me vidisse memini, qui sententiæ Gronovianæ adversatus fuerit. Hic igitur nonnulla in medium proferam, quæ me impulerunt ut crederem, poema hoc, Manethonis nomen falsò præferens, sub imperio Romano, et quidem ad occasum properante, literis mandatum fuisse.

De *stylo et numeris*, ex quibus folis conjecturam suam duxisse videtur Holstenius, nihil dicam, nisi quod certissimum est et hunc et illos a sæculi Ptolemæorum consuetudine quam longissime abhorrere. Ea potius breviter persequar, quæ auctorem *rerum* multo recentiorum notitiam habuisse testantur.

In Lib. I. ver. 104.

Ἡελίος δ' Ὑπιάτων [εἰς]. Gronovius reddit. Sol *principem* [facit]. Noloit scilicet hominem Ægyptium, sub Ptolemæo Philadelpho, de magistratibus Romanis familiariter loqui. Mihi vero non liquet vocem *ὑπιάτων*, substantive positam, de alio quam *consule* intelligi posse.

Lib. IV. ver. 66. de Venere dicitur.

Φράζει τοι βίβλην βαθυχρημόνα, ΧΕΙΛΙΑΔΑΣ τε ΑΡΧΑΣ.—Reddit Gronovius. *Millenaria Imperia*. quæ qualia sint prorsus nescio. Proclive erat reddere. *tribunatus militum*. Nam qui Romanis *tribunus militum*, a Græcis *Χιλιαρχος* vocabatur. Imperium autem aliud ejusdem nominis, aut militare aut civile, sive apud Græcos sive apud Ægyptios, extitisse nemo, opinor, tradidit. Nisi forte contendat aliquis

quis auctorem respexisse ad illum Perfarum et Macedonum Χιλιάρχον, de quo Diod. Sic. XVIII. 48.

Lib. IV. ver. 600.

Εξ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ βασιλίδος ἡμισυ δαλοι. Gronovius vertit—*ex liberta regia femiservi*.—quasi scriptum esset *εξ απελευθερης*. Sed *απελευθεριαν*, opinor, verti debet—*libertinitas*, i. e. *status libertinus*. Notum est libertinos homines, in Romanorum politia, tenuisse statum inter ingenuitatem et servitutem medium, ita ut etiam principum liberti ἡμισυ δαλοι vocari possent. An talis hominum ordo in ulla alia politia extiterit, mihi nondum exploratum est.

Lib. II. ver. 263.

Ἄλλοι δ' αὖτε πελοπλαῖ ΑΠΑΓΓΕΛΕΕΣ βασιλῆων,
Πιστῆν τ' ἀμφὶ δικαιοσὶν θεμιστοπολῶν ὑπ' ἀνακλῶν
Ἰσχυροσιν, κεννοσφάτεσσιν ἠνθρονόλοσιν.

Ex hac descriptione satis patet meros principum *nuntios*, vel *cursores*, non intelligi. Mihi igitur suspicio est, auctorem loqui de iis hominibus, qui, sub imperatoribus Romanis, Latine *Agentes in rebus*, Græce *Ἀγγελιαφοροί* vocabantur. V. Valesii notam ad Am. Marcellin. L. XV. c. 3. Firmicus certe, qui sub Constantino scripsit, cum *Procuratoribus* et *Rationalibus* conjungit eos *quibus nuntiandi potestas conceditur*. Mathes. L. III. c. 4.

Lib. IV. ver. 561.

Ἔσται ΜΙΣΕΛΛΑΗΝ γενεβλή, τιμῆν τε θεοισιν
Ουχι γεμων. κ. τ. λ.

Manifestum est sectam aliquam hic designari; aut Judæam, aut, ut ego quidem existimè, Christianam. Quibus aliis simul contigerit, ut exprobrarentur quasi *Hellenas odissent & Deos contempnerent*, nusquam video. Ex his autem alterum vulgarissimum fuisse Christianorum opprobrium dixi supra. n. (8); de altero nunc observandum est, nomen *Hellenis*, postquam invaluit Christianismus, non tam sæpe *gentem* alicujus hominis quam *religionem* ejus designare. Omnes a Christianismo alieni Ἑλληνας vocabantur. Luculentum exemplum est ap. Theophylact. Hist. V. 14. p. 232. Ed. Venet. ubi *Chusroes*, rex *Perfarum*, de uxore Sira et seipso sic loquitur. *επειδὴ ἡ Σίρα Χριστιανὴ ἐστίν, καὶ γὰρ ἙΛΛΗΝ*. Christianos igitur iis temporibus *μισελλήνας*, i. e. *ethnicorum*, seu *gentilium, osiores*, proprie appellatos fuisse nemo dubitet. Sed neque in reliqua descriptione aliquid inveniatur, quod non iisdem ab inimicis

inimicis suis sæpius objectatum est. Quod si quis tamen hæc omnia a vero Manethone de Judæis Alexandrinis dicta intelligere malit, non omnino repugnem, modo ille ostendat cætera etiam, quæ superius notavi, ab eodem proficisci potuisse.

Atque hæc hæctenus de toto illo poemate quod Manethonis dicitur. Quibus adjiciam, me vehementer suspicari libros duos, primum et quintum, qui soli Manethonis personam præferunt, ab alia et recentiore manu esse quam reliqui quatuor sunt. Hanc autem mihi suspicionem imprimis movit scriptiois genus, si quid video, omnino diversum. In quatuor enim illis libris, II, III, IV, & VI, oratio, pro ætate scriptoris, satis pura est, aliquando etiam nitida; versificatio proba, contra receptas prosodiæ leges raro peccans, ita ut ipsa illa peccata librario vel interpolatori potius quam auctori imputanda videantur; ordo rerum, ut in partibus operis mutili, lucidus, et ab ipso auctore plerumque explicatus. In duobus contra libris, I, & V, oratio plerumque pinguis et scabra est, non raro barbara; peccata in metrum frequentia, et enormia; ordo plane nullus. Quin etiam in libris I, & V, singulari sane licentia, inter versus heroicos elegiaci crebro inferuntur; in reliquis quatuor libris ne unus quidem occurrit versus elegiacus. Istorum porro librorum utrique præfigitur putida ad regem Ptolemæum, ex persona Ægyptii cujusdam, allocutio; in cæteris nulla usquam Ptolemæi mentio, nihil quod auctorem Ægyptium fuisse suadeat. Plura denique Apotelesmata, quæ in hac operis parte, suo loco, secundum certam seriem, posita sunt, in libro I, extra ordinem leguntur, iisdem pene versibus expressa. Confer lib. I. ver. 308—338 cum lib. IV. ver. 50-1. 395—413. 481—490. et agnosces, opinor, hæc omnia ab eodem auctore in eodem opere poni non potuisse; agnosces etiam, nisi fallor, libri I, auctorem plagii crimine manifesto convinci.

POSTSCRIPTUM.

CUM præfationem hanc Typographo jam traditurus essem, in manus meas tandem venit exemplar Orphei Gesneriani, quod mihi legaverat vir amicissimus, et omnibus qui has literas colunt desideratissimus, SAMUEL MUSGRAVE. In ejus exemplaris marginibus reperi (omnino præter spem meam) complures τε παραρτιæ ad hoc poema conjecturas; de quibus ne plura dicam obstat inprimis, quod cum meis tam crebro consentiunt. Ex notula etiam ad ver. 292. didici (quod profecto me fugerat) KOENIUM, V. Cl. nonnulla nostri loca tractavisse in commentario eruditissimo ad *Gregorium de Dialectis*. Hic igitur utriusque, tam KOENII quam MUSGRAVII, conjecturas simul subjiciam; mihi ipsi serio gratulaturus, si quantum de inventionis gloriola amisisse videar, tantum roboris et firmitatis suspicionibus meis ex conspirante talium virorum judicio accessisse existimetur.

P. 5. n. (3) *Θειοδάμας* quis fuerit, omnino incertum est. Loca enim, quæ Gesnerus tanquam ad eum pertinentia citat, non ad eum pertinent, sed ad Helenum Priami filium. Apollodorus tamen Helenum inter Hecubæ filios recenset; Auctor *Διθικων* Abarbareæ natum vocat. *MUSG.*

P. 6. Orpheus tempore Argonauticæ expeditionis, ipso teste, ætate aliquantulum provectus erat. Vid. *Argonaut.* v. 98—103. deinde autem. v. 107. Quamobrem non est credibile auctorem *Διθικων* in eodem poemate, ubi belli Trojani finem memorat, ejus personam induere voluisse.

Hoc autem argumentum multo fortius erit, si Virgilio credimus, qui Orpheum juvenem periisse tradit.

—juvenem sparere per agros.

Æschyli tempore non credebatur Orpheus Belli Trojani tempora superasse, ut colligo ex *Agamem.* v. 1639. *MUSG.*

Ver. 39. ΤΡΟΦΙΗΝ ἌΛ'. *MUSG.*

62. ΠΡΕΣΒΥ ΔΑΗΜΟΣΥΝΗΣ. *MUSG.*

70. Ωλιφο δ' Ὀ πρῶτοις ΠΕΠΟΘΗΜΕΝΟΣ ἡμιθεοισιν
ΕΡΤΟΥ δ' ΑΡΓΑΛΕΟΥ και ΑΠΕΧΘΕΟΣ ΕΙΚΟΝΑ πᾶσιν
Δωκεν, ἐπωνυμίην ὍΙΣ ΔΗ τεύξασι μαγοιο. *MUSG.*

73. κρᾶλος ΑΜΕΡΘΕΙΣ. *MUSG.*

77. φυγεῖν ΑΚεσιμβροτον. *MUSG.*

78. θαυμαζοιτο. *MUSG.*

84. διζημαι. *MUSG.*

107. τειως. *MUSG.*

148. ΑΠΟ θηρος. *MUSG.*

149. ἐνιπληξας. *MUSG.*

155. Ερχομ' ες ακρωρειαν. *MUSG.* et *KOEN.* p. 73.

176. ΕΚ φλογας. *MUSG.*

182. παλαιγενεις. V. *Plutarch.* in *Numa.* p. 120. Ed. *Steph.*
MUSG.

209. ἐν διναις κυανοχαιτειων. *MUSG.*

266. Και ὁι καρφαλας νεφελαι κορεσθσιν αμυρας.

Ἡδε και αυχηρησιν αγοις π. ο. α. *KOEN.* p. 35.

282. δακρυοισι. *MUSG.*

- Ver. 292. Εἶδος δε σφι λιθων ΑΛΛΩΝ· Ὅ μιν ΕΙΤΕ νοησεις,
 Κρυσαλλος ΚΕΝ ΕΗΝ.—ΚΟΕΝ. p. 100.
297. —ΡΕΖΕΙΝ ερμυδεΑΣ αυλικα φωλιας. MusG.
301. Τολμα δ' αθανατες και ενηϊ μελισσεσθαι
 . ΜΑΓΝΗΣΣΑΙ· ΤΗΝΔ' ἐξοχ' ΕΦΙΛΑΤΟ Θυριος Αρης. MusG.
 Infinitivum μελισσεσθαι a τολμα pendere vidit ΚΟΕ-
 NIUS. p. 109.
304. αγανοφερα. MusG.
306. —ποτι σφελερον δεμας ΑΙΠΕΙ. MusG.
347. πιθοιτο. MusG.
350. Πριμιδης ΠΑΡΙΣ. ΚΟΕΝ. p. 125.
362. Και ΣΕΜΝΟΥΘ' αδιαντον. MusG.
365. ὡς ΔΙΠΑΡΟΙΣΙΝ α. MusG.
375. τεληωλι. V. Argonaut. 437 et 1347. MusG.
385. ΕΠΙΕΤΑ γαρ δη σαμπαν ὑπὸ τρομοσιν ΕΟΙΚΑΣ. MusG.
388. Πριμιδαο. MusG. et ΚΟΕΝ. p. 124.
389. οιχεσθαι, vel ερχεσθαι. MusG.
408. καρτος. MusG.
439. ερυξαι, vel ερυκειν. MusG.
445. Τον μιν ΕΤΙ ΔΥΣΣΩΝΘ' ἘΝΟΣ ε λαθεν.—
 vel, pro ετι λυσπωνθ', ετ' οιμωζονθ'—
 vel ετ' οιδανονθ'—vel ετ' ωμ' αλγυνθ'—
 vel, si in activo legatur, ετ' ελυσπωνθ'. MusG.
480. αναϊσσοια. MusG.
499. οπλον. MusG.
503. Στρομενη. MusG.
510. τελευλαι. MusG.
536. Τορτονα γαρ ΠΕΡΕΗΙ δρ. MusG.
541. Αιση ΔΑΙΝΕΗΙ. MusG.
560. σφισιν. MusG.
561. αυραι. MusG.
596. ΠΥΡΙ σμυχεσα. MusG.
613. λεοποδεση. MusG.
619. δυνησαι. MusG.
624. ΕΙ ΖΕΥΣ ε ΤΟΙΟΝΤΕ βιωσαμεν ΑΡΗΣΟΙΤΟ.
 vel, contrario sensu, αρησαιτο.
 vel ΟΙΖΥΣ τ'. MusG.

- Ver. 625. — ὄττι κεν ἀνίψ. Musg.
 632. ὄσιος. Musg.
 636. Οὐ μὲν τοι ΠΑΝ τοῦδε Γ' ἔσ' ἴστ. Musg.
 693. σπειδοῖας. Musg.
 701. ἀρσύναι. Musg.
 709. ἀφυστοιο. Musg.
 712. Ἐν δὲ μέθυ. Musg.
 756. — ἐμοί Π.
 ΕΣΠΟΜΕΝΟΕ τοῦδε πωλὶα Μ' ἀμνηχανα. Musg.

211.0

211.0

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ.

DE LAPIDIBUS,

Poëma ORPHEO a quibusdam adscriptum.

A

ΕΙΣ ΤΟ ΒΞΗΣ ΠΟΙΗΜΑ ΟΡΦΕΩΣ

Π Ε Ρ Ι (¹) Λ Ι Θ Ω ΝΤΗΘΘΕΣΙΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΟΣΧΟΥ. (²)

ΘΕΙΟΔΑΜΑΝΤΙ τῷ Πριάμῳ συνήνησεν Ὀρφεὺς με-
 τα τῶν ἑταίρων τινῶν πρὸς θύσιαν Ἥλιε, ἣν ετε-
 λει κατ' ἔτος, εἰς ὄρος ἀνερχομενός· καὶ αὐτῷ τῆς νενο-
 μισμένης

(1) Λιθίων nomine laudant passim Proclus, Stobæus, Tzetzes. Gemmas porto, Θυμαράδα et ἀραμάδα sacrificiis adhibita, fuisse partem mysteriorum, indicavimus ad Arg. 310: itaque non mirum est libellum hunc delituisse ad ea fere tempora, quibus mysteria, a Christianis detecta et vulgata, mysteria esse desierunt. Etiam hoc in limine libelli observasse profuerit, ut solis, lunæque admirabiles effectus et phænomena dederunt occasionem suspicandi credendique deinde similia de cæteris corporibus cælestibus: sic magnetis, crystalli, forte et electri, qualitates, facilitatem certe præbuerunt persuadendi imperitis illarum quædam miracula. GESNER. Velim indicasset Gesnerus loca Procli, in quibus hoc poema laudatur. Ne unum quidem notatum invenio, in *Indice scriptorum a Proclo memoratorum*, ap. Fabricium. *Bibl. Gr. VIII. p. 535—552.* Et Proclus ipse non nisi quinto post C. N. sæculo vixit. Eiusdem fere ætatis Stobæus, uti hodie legitur, præcæmium hujus operis sub Orphæi nomine ter laudat; sed omnia ea loca in editione primâ Trincavelli omnino desunt; nec reperiuntur in Cod. MS. Stobæi ap. Coll. Nov. Oxon. ut me nuper certiozem fecit amicus, qui rogatu meo codicem ipsum excussit; adeo ut vix dubitem ea primitus a *Conrado Gesnero* interpolata fuisse, qui pessimo, ut mihi videtur, consilio *corollaria quædam ex Græcis libris collecta, tum carmine tum prosa,*
 Stobæo

IN SEQUENS POEMA ORPHEI
DE LAPIDIBUS
ARGUMENTUM DEMETRII MOSCHI.

THEODAMANTI, Priami filio, obviam venit Orpheus, cum familiaribus aliquibus ad sacrificium, quod singulis annis Soli peragebat, in montem ascendens, eique instituti
annui

Stobæo a se edito *passim adjunxit*. V. Præf. ad Edit. 3. ap. Tig. 1559. Solum igitur in hac materiâ testem habemus Joannem Tzetzen, qui, sæculo demum duodecimo, poema hoc sub titulo *Orphei Λιθων* sæpius citavit; cujus quidem auctoritas in re tali quantum valeat facile judicabunt homines eruditi.

(2) Quisquis fuerit hic Demetrius Moschus vel Moschi, Grammaticus, hæc, quam dedit, libelli *ὑποθεσις*, s. argumentum utile subsidium est intelligendæ illius œconomix. Lectores novi hic monendi sunt, ut meminerint, Theodamantem enarrare Orpheo virtutes gemmarum tum ceteras, tum præsertim contra noxam serpentum, ut subinde respiciat ad casum et periculum Orphei juvenis a serpente, quem hac ipsa remedium commemoratione confirmare contra metum horum animalium vellet.

Cæterum ipsum argumentum de gemmis, earum nominibus, coloribus, patriis, usu, plane non attingimus, ne quidem quatenus a Theophrasto, Plinio et reliquis hoc argumentum tractatum Philologiæ opem expertum est, et forte adhuc desiderat. Ut Poetam tractamus scriptorem, sicut nobis videtur, in hoc argumento vel maxime poetam, et nostros juvenes ad poeticæ præsertim descriptionis, et velut picturæ, laudem excitare et juvare conamur.

μισμενης ταύτης ετησιας θυσιας την αιτιαν αφηγείται, λε-
γων ὑπο δρακόνιος αυτον παιδα οντα ποτε αναιρεθηναι κιν-
δυνευοντα, καλαφυγειν εις το εκει πε πλησιον ιερον τε
Ἡλια. Ὑφ' ε και σωθεντα ὡς ὁ πατήρ περιεποησατο,
της τε παιδος σωτηριας καθ' ετος ηγεν Ἡλιω θυμαλα.
Μετασαντος δε εκεινσ των εντευθεν, αυτος Ορφευσ αντι-
τε πατήρ της τοιαυτης θυσιας καθισταται διαδοχος· ἦν
νυν αφοσιμενος ανεισι, συμπαραλαβων και Θειοδαμαντα.
ετος δε καθ' ὁδον τῷ ποιητῇ περι δυναμεως τε λιθων και
χρησεως διεξερχεται, οτινεις αυτων χρησιμοι προς των
θυοντων κρατεμενοι, ὅπως αυτοις τα των ευχων εξα-
νυοιτο, και ὁι προς τας ισοβολσ των δηξεων θεραπειασ.
Ὅθεν, οίμαι, και Νικανδρος ὁ Κολοφωνιος ὑσερον ὀρμηθεισ
συνεγραψε τα θηριακα.

Ιστεον

Sed et hoc poeticum est in hoc libello, quod arte quadam intexitur
multum de historia, nominatim pluscula de familia Laomedontis, et re-
gum Troiæ, dissentientia ex aliqua parte ab Homero. Ea ne turbare
lectores possint, in tabella genealogica et subjectis illi annotationibus
eam declaravi, ad quam respicere jubeo, si quis in personis illis hæreat.

LAOMEDON

HICETÆON	LAMPUS	BUCOLION	PRIAMUS	HESIONE ex Telamo- ne Ajacis mater
MELANIPPUS (1)	DOLON	EUPHORBUS (2)		
HECTOR	CASSANDRA	PARIS	THEIODAMAS (3)	HELENUS

(1) Melanippus ver. 431, ανεισιος Theodamantis: Hectoris et Do-
ionis Ιλ. Ο, 554. Add. Οδ. Ο, 576. Priamo filium dat Melanippum
Apollod. 3. ΙΙ. 5. GESNER. Error Gesneri, quod ad Theodaman-
tem attinet, infra monstrabitur ad n. 3. Quinetiam nomen *Dolonis* hic,
vitiō

annui sacrificii causam explicat, dicens: sibi, cum adhuc puer esset, maximum aliquando periculum imminuisse a dracone quodam, et parum abfuisse quin ab eo interfectus fuerit; se autem confugisse ad haud longe inde distantem aram Solis. Cujus ope, cum liberatum se pater intellexisset, singulis annis ob filium servatum Soli sacra ad illam aram fecit. Cum autem pater ejus ex hac vita migrasset, ipse Orpheus patri in peragendo hoc sacro succedit: quod et nunc soluturus, in montem ascendit, abducens secum Theodamantem. Hic vero in itinere de viribus lapidum eorumque usu sermonem facit, quorum quidam sacra facientibus, si illos secum habeant, hoc conferunt, ut votis fruantur, quidam vero contra venenatos morsus medelam afferunt. Unde, arbitror, etiam Nicander Colophonius motus, postea Theriaca composuit.

vitio memoriae, pro *Dolops* positum suspicor. V. loc. cit. Il. O. 554. 576. (Citatio Od. O. 576. facta est, opinor, per errorem typographi.) Quod si verum est, cum neque *Lampus* nec *Dolops* in hoc poemate usquam memoretur, utriusque nomen ex tabellâ genealogicâ recidi potest.

(2) Euphorbus (quem Homerus semper Panthoi et Phrontidis facit filium) Βηκολιδης nostro est, ver. 457. Tzetz. 13, 574.

Ευφορβος ὄραιοτάτος ἢ τις τῶν Τρωῶν γενεῶν,

τίος Πανθα καὶ Φροντιδός, ὡς Ὀμηρος μὲν λέγει (Il. P. 40.)

Ὀρφεὺς δὲ (λέγει) Βηκολίωνος, καὶ τῆς Ἀβαρβάρης. De eadem re idem 1. 228. Ὀρφεὺς δ' Ἀβαρβάρην δὲ καὶ Βηκολιδὴν λέγει. Abarbarea igitur aut duarum mulierum nomen, aut una eademque Euphorbi et Theodamantis mater etc. Rursus Il. Z. 21 de Æsepo et Pedaso, ἕς ποτε νυμφῆ

Νηὶς Ἀβαρβάρην τεκ' ἀμύμονι Βηκολίωνι.

Βηκολίων δ' ἢ υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομεδόντος. κ. τ. λ. GESNER. V. infra not. ad ver. 455.

(3) Theodamas vel Theiodamas, ver. 765. Abarbareæ F. ver. 455. Frater Hectoris, ver. 681, et Cassandrae, ver. 757. Dolonem *Δεραποντα* suum vocat, ver. 680. De hoc etiam Il. K. 390 seqq. GESNER.

Ιστέον δε, ὡς δύο τινα προοίμια τε παρόντος προτι-
 θεται ποιημάτων εν μεν τῷ πρώτῳ αὐτὴν τε τὴν ἀρετὴν
 καὶ σοφίαν ἀπάσαν ἐξυμῶν, καὶ τὰς παλαιῶν ἡρώων,
 καὶ αὐτὴν γενομένης ἐνδοξῆς, καὶ ἰσοθεῆς νομισθεντας, ὧν
 καὶ μητέρα τὴν ἀρετὴν προσεῖρηκεν· εν ταυτῷ δε καὶ
 τῶν ἰδιωτῶν καθάπτεται, ὡς ἐπιφθονῶς ἐχόντων πρὸς τὰς
 τὴν ἀρετὴν διακοντας, καὶ ταῖσι αἰεὶ φιλαπεχθμονῶς
 ἐπικειμένων. Εν Δαίερῳ δε ὁ πρὸς αὐτὸν καὶ Θεοδα-
 μαντα γίνεται διάλογος.

(2) Mirum forte videatur Gesnerum V. Cl. obscuro huic grammat-
 tico et Joanni Tzetzae fidei tantum tribuisse, ut ad veram et apertam
 poematis hujus œconomiam prorsus cœcutierit. Fidenter dico, ne-
 minem, qui libellum hunc sine titulo invenisset et attentius paulo per-
 legisset, aut de scriptore quasi *Orphea*, aut de Theodamante interlocu-
 tore quasi *filio Priami*, (qui duo errores omnem Gesneri ratiocina-
 tionem conturbant,) cogitare potuisse. Nihil certe est in toto opere
 quod Orphea scriptorem ullo modo præferat; qualia multa interponere
 solebant falsarii, qui sub ejus nomine *Argonautica*, *Hymnos*, cæt. edi-
 derunt: illud autem plane incongruum, quod auctor de bello Trojano,
 et quidem exeunte, loquitur; ad quæ tempora durasse Orphea, cum
 nemo veterum tradidit, ne falsarius quidem, opinor, paulo sanior fin-
 gere voluisset. Alter error de Theodamante ex merâ incuriâ ortus est
 eorum, qui non viderunt Theodamanta, per maximam sermonis sui
 partem, (a ver. 394. ad ver. 764.) non loqui ex suâ ipsius personâ, sed
 alium quendam sermonem referre, quo Helenus olim usus est ad Phi-
 locteten,

Sciendum autem, duo proœmia auctorem præmississe huic pœmati. In primo quidem virtutem ipsam et omnem sapientiam carmine celebrat, et antiquos Heroës propter illam in pretio habitos, Diisque æquales æstimatos fuisse dicit, quorum etiam matrem Virtutem vocat. In eodemque graviter invehit in vulgus, quod invidia prosequatur eos, qui virtutem sectantur, et hostiliter in eos affectum sit. In secundo vero describuntur colloquia, quæ sibi cum Theodamante intercesserunt.

Ioceten. Helenus igitur, non Theodamas, ἀνελιος Melanippi, ver. 431; frater Hectoris, ver. 681, et Cassandræ, ver. 758; Dolonem δεξαποντα suum vocat, ver. 680. etc.

Υποβ. 1. 1. Θεοδαμαντι τῷ Πριάμῳ σ. Ορφεύς]. Ex supra notatis hæc sic refingi possunt. Θεοδαμαντι τινι συνητησεν ὁ ποιητης, κ. τ. λ.

Deinde p. 4. l. 6. Pro Ορφεύς iterum reponatur ὁ ποιητης. Quod autem occurrit de Nicandro Colophonio, l. 13. nihili faciendum est. Nicander enim multis annis, ne dicam sæculis, auctorem nostrum, nisi fallor, præcessit.

P. 6. l. 1. Male hæc a Demetrio divisa sunt. Unicum est hujus operis proœmium, quod versibus primis circiter 92 absolvitur. Colloquium inter Auctorem et Theodamanta est ipsum opus; in quo primus quidem loquitur Auctor, a ver. 96. ad ver. 162. deinde uno tenore Theodamas, ex propriâ personâ a ver. 164 ad ver. 393; et sub personâ Heleni a ver. 394 ad ver. 764; et iterum ex propriâ personâ ad ver. 766. Reliqui duo versiculi sunt ipsius Auctoris, et opus claudunt.

Π Ε Ρ Ι Λ Ι Θ Ω Ν.

ΔΩΡΟΝ αλεξικακοιο Διος θνητοισιν οπασσαι
 Κεκλομενος Μαιης ερικνιος ηλθε κομιζων
 Ὑγιος, ὅπως αν εχωμεν οἴζυος ατρεκες αλκαρ.
 Γηθοσυνοι δεχυσθε βροτοῖ· πινυτοισιν ενισπω,
 Ὅις αγαθη κραδιη, και πειθεται αθανατοισιν· 5
 Νηπιτυοισι δ' ονειαρ ακηρατον & θεμις εὔρειν.
 Τω δ' αυτω και προσθεν αγαλλομενος επι δωρω
 Ὑγια τε Λητοῖδης ακεσιμβροτον αθανατοισιν
 Ἰξεν αγων ες ολυμπου αγαννιφον, ηδε σαιοφρων
 Παλλας Αθηναη λαοσσοον Ἡρακληα· 10
 Αλτο δε και Κρονιδης ταναον ὑπερ αιθερα Χειρων,
 Σευαμενος προς ολυμπου, επει μαθεν αμβροτα δωρα.
 Αλλ' ητοι κεινως μεν αμωμητοι Διος οικoi
 Χαιροντας δεξαντο, θεηγενεων οχ' αριστες·
 Ἡμιν δ' εν γαιη κελεται Χρυσορραπις ολβω 15

Ver. 1. Ηλθε κομιζων ὁ της Μαιης υἱος Ἑρμης δωρον τε αλεξικακῃ Διος, κειλυαν μοι τατο δαναι τοις ανθρωποις, ὅπως εχωμεν (ωφειλε δε εχωσιν ειπειν) βοηθει εν (l. βοηθειαν) τοις επιγυμομοις ἡμιν χαλεποις ασφαλη. Schol. MS. Paris.

Ver. 2. Hic versus citatur a Tzetze ad Lycophit. 219. Εν τη αρχη των λιθικων, sed ex memoria, nec sine mutatione et corruptione, Δωρον αλεξικακοιο Διος θνητοις οπασται και κλιμενοῖς μαιης ερικνιος ηλθε κομιζων υἱος, ὅπως μεν εχωμεν οἴζυος αλκαρ αινης. GESNER.

 DE LAPIDIBUS.

DONUM malorum depulsoris Jovis hominibus afferre
 Jussus Maiæ filius valde utilis advenit, apportans illud,
 Ut haberemus contra ærumnas exploratum auxilium.
 Læti hoc recipite mortales. Prudentes alloquor,
 Quorum animus est integer, et immortalibus obtemperat:
 Infanis vero auxilium integrum reperiri non potest.
 Hoc autem ipso, et olim delectatus dono,
 Filium, Latonæ filius, homines fanantem, ad Deos
 Perduxit in Olympum nivosum, et prudens
 Pallas Minerva populorum servatorem Herculem :
 Transiit vero etiam Saturnius extensum super Æthera Chiron,
 Irruens in Olympum, eo quod didicit divina medendi munera.
 Et sane eos pulchræ undique Jovis ædes
 Gaudentes exceperunt, optimam Deorum sobolem.
 Nos vero in terris jubet Mercurius, bonis

Ver. 6. *Νηπιτιοισι*. Scribendum credo—*Νηπιτιοισι*. *Stultis*, quæ vox
 Homericæ est.

Ver. 7. *Αγαλλομενος*. Malim—*αγαλλομενους*, quod scilicet, non
 ad Apollinem, sed ad Æsculapium et Herculem conjunctim referatur.

Ver. 10. *Διοσσοος* est plerumque aut semper apud Homerum epi-
 theton Minervæ et Martis, in quantum in bella commovent populos.
 Sed puto huic loco magis convenire alteram significationem *servator*
populorum etc. Sic etiam mox v, 58. GESNER.

Vivere

Ζωειν τερπομενοισιν, απειρητοις κακοτητος.

Ὅν δε κεν ανθρωπων πεπνυμενον ητορ ανωγει
 Ες πολυηρατον αντρον επελθεμεν Ἑρμειας,
 Ενθ' ογε παντοιων αγαθων καλεθηκεν ομιλον,
 Αιψα κεν αμφοτερησιν ονειαια πολλα κομιζων 20
 Οικαδ' αποστειχοι, προφυγων πολυδακρυν οϊζυν.
 Ουδε ε νεσος ακικις ενι μεγαροισι δαμασσει·
 Ουδ' ογε δυσμενεων ποθ' υποτρεσσας μενος αινον
 Αψ αναχωρησει, προλιπων εριγηθεα νικην·
 Ουδε οι αθλητηρι κοιισαμενω εν αγωνι 25
 Αντιβιην τινα θυμος εφορμησει μενεαινειν,
 Ουδ' ει χαλκεα γυια και αγναμπτον σθενος ανηρ
 Αντικρυς, στεφανοιο ποθω, κομισσας εριδαινοι.
 Ναι μιν και θηρεσσιν ορεσκωοισι λεοντα
 Δεινον, και λαοισιν εσομοτα δαιμονι τευξω. 30
 Και οι και βασιλευσι διοτρεφεσσιν οπασσω
 Ῥεια και αλλοδαποισι μετ' ανθρωποισι τισθαι.

Τον

Ver. 17. Ὅν δε κεν] Tzetzes hunc versum et quatuor proxime frequentes citat legens *εσπελθεμεν*: docens etiam a poeta hic libros vocari *antrum Mercurii*. H. STERN.

Hanc etiam de antro Mercurii narrationem in suas areolas derivavit Tzetzes Chil. 2, 859 itemque 12, 610, utroque loco Orpheo εν λιθικοις adscribens: posteriori loco addit, *Τας βιβλους αντρον τα Ἑρμης κατοικωζων ετω*. *Τας βιβλους* autem Tzetzes universim pro studiis literarum ac sapientiae nominare solet. Idem hic αντρον επηραλον intelligi, de quo est Argon. 108, mihi vix dubium est: nec illud, hoc esse antrum Corycium, a quo Mercurius ipse est Corycius H. 27, 8. GESNER.

Hæc, de quibus *vix dubitat* Gesnerus, falsa esse ambo possunt, vera non possunt. Antrum scilicet Orphei in Thracia erat, Argon. 70. 172. Antrum Corycium in Phocide. Hic profecto *antrum Mercurii* allegorice designare videtur *locum, in quo thesauri philosophiæ, Magicæ præfertim*

Vivere lætos, inexpertes malitiæ.

Quem vero hominum prudentem animus impellit

In valde delectabile antrum Mercurii ingredi,

Ubi ille omnis generis bonorum copiam deposuit,

Statim ambabus manibus innumera reportans munera

Domum discedat, effugiens lacrimabiles ærumnas.

Hunc neque morbus vehemens domi conficiet,

Neque inimicorum metuens gravem impetum

Domum redibit, exutus læta victoria.

Neque contra ipsum athletam luctantem in ludis

Viribus quemquam animus stimulabit infurgere,

Neque si aheneorum membrorum et inflexibilis roboris vir esset,

Contra ipsum, coronæ desiderio pugnans certet.

Profecto ipsum et feris montanis leonem

Timendum, et populis dæmoni similem præstabo.

Et ipsum tam regibus a Jove educatis,

Quam aliis hominibus facile faciam venerabilem.

fertim et Theurgicæ, reponuntur. Nec male Tzetzes libros innui docet. De mysticâ antrorum naturâ multa, nec protrita, dabit Porphyrius, in libello *De antro Nympharum*, ap. Homer. Odyss. XIII.

Ver. 28. Κομισας non habet casum rei, quam adferat adversarius. Κομισας legendum puto eo intellectu, quo modo v. 28. κοισσαμενη profitum est. Κοιζειν hoc, ut פתח, sumtum a luctantibus in pulvere, pulveremque adeo suo motu excitantibus. GESNER.

Ibid. Immo vero, ut mihi videtur, κομισας habet casum rei, quam adferat adversarius, viz. χαλκεια γυναι και αγναμπτον σθενος.

Ver. 29. Ναι μη conj. H. STEPH. Male.

Ver. 30. Verbo τευξω nihil promittit de se aliud, quam se verum dicere, qui sibi obsecutus in antrum Mercurii ingrediatur, eum ista commoda impetraturum. Sic præstandi verbo Romani utuntur. Eadem ratio τε οπισσω. GESNER.

Illum

Τον δε και ηΐθεοι τερενοχροες ἡμερτησιν
 Αιεν εφορμησσι περιπτυσσειν παλαμησι,
 Και μαλακη χρυσειον επι λεχος αιεν ερυσσει 35
 Αλλημτον κερη, επιϊεμενη φιλοτητος.

Ευχομενε τε προς εατ' αφιζεται αιεν εοντων
 Ευχη' και ποντοιο κυκωμενε εκ αλεγιζων,
 Βησεν' επι τραφερην ακυμαντοισι ποδεσσι.
 Τον και ληϊστηρες αναρσιοι οιον εοντα 40
 Φευζονται' και δμωες, οϊομενοι πατερ' ειναι,
 Τιςσσι, και οικον ες στερξσιν ανακτος.

Ιδμεναι αικε θελησι, δαησεται, οσσα τε φωτες
 Κρυπταδια σφετερησιν ενι φρεσι μηχανωνται,
 'Οσσα τε κεκληγασι μετα σφισιν ηεροφοιται, 45
 Ανθρωποις αφραστον ιακχαζοντες αοιδην,
 Οιωνοι, μεγαλοιο Διος κραιπνοι υποφηται.
 'Ροιζον τε στησαι χαμαι ερχομενοιο δρακοντος
 Εισεται, ηδ' οφειων ιον σβεσαι ερπυστηρων.
 Δωσω οϊ και φωτα ροπη πιπτοντα σεληνης 50

'Ρυσσασθαι,

Ver. 39. Βησεν' επι τραφερην. Metro laboranti succurrit Dorvill. ad Chariton. p. 260. legendo—επι τραφερην χλον' ακυμαντοισι ποδεσσι. Sed quid mirum, si aliquis per terram incedat ficcis pedibus? Malim—επι τραφερην 'αλ'. Per mare solidum, seu vice terre firmum.

Ver. 45. 'Οσσα τε] Pro μετα φρεσιν Tzetzes habet μετα σφισιν, quod magis placet; at φρεσιν ex superiore versu pro σφισιν irrephisse puto. H. STEPH.

Ibid. Recte. Ideoque σφισιν in textu reposui. Vide infra v. 741. ubi similis locutio est—ενι σφισιν. inter se.

Ver. 48. 'Ροιζοντες και χαμαι ερχομ.] Hunc versum valde depravatum esse animadvertēbam, sed qui emendari posset non videbam: donec tandem in Tzetzeis locum incidi, qui germanam hujus loci lecti-

onem

Illum etiam juvenes teneri, cum desiderio
 Semper certabunt amplecti manibus,
 Et mollis aureum ad lectum sollicitabit
 Assidue puella, amorem illius desiderans.
 Cumque preces fuderit, ad aures deferentur immortalium
 Ejus vota. Et turbulentum pontum despiciens,
 Incedet per continentem inoffensis pedibus.
 Illum etiam prædones implacabiles, vel solum iter facientem,
 Fugient, et famuli, tanquam patrem suum
 Colent, domumque sui diligent domini.
 Scire si desiderabit, sciet quæcunque homines
 Occulta in mentibus suis machinantur,
 Et quæcunque clangent non sine ratione æriviagæ,
 Hominibus occultam resonantes vocem,
 Aves, magni Jovis veloces vates;
 Impetumque cohibere humum petentis draconis
 Noverit, et serpentum extinguere venenum reptilium.
 Dabo ipsi, et hominem momento cadentem lunæ

onem nobis profert. Est autem hujusmodi, Ῥοιζον τε στησαι χαμαι ερ-
 χομενοιο δρακοντος. Quam certe lectionem divinatione assequi, non
 unius fortasse Œdipi fuisset. H. STEPH.

Ibid. Nescio unde Eschenbachius habeat lectionem, quam dedi.
 Ego auctorem hic sequor Tzetz. Chil. 2, 861, qui recitat sine alia va-
 rietate hic versus 43-49. et addit, Ουτως Ορφευς πιστατο απιστοι δρα-
 πειαν. GESNER.

Ibid. Mirum videri potest quod ait Gesnerus, se nescire unde Eschen-
 bachius habeat hanc lectionem, cum eam H. Stephano deberi præcedens
 nota clare doceat. Corruptam priorum editionum lectionem.—Ροιζου-
 τος και χαμαι—habet etiam MS. Paris.

Sanare,

ῥυσασθαι, και νεσον ἀλαρτηρην ελεφαντος
 Και ψυχην ελασαι τεθνεϊστος, αικειν ερεμνα
 Εξ αϊδος προμολεσα ποτιχρημπτοϊτο ἑκαστω.

Αλλαι απειρεσιοι πολυμητιος Ἐρμειαο

Δωτιναι κομισαντος ενι σπηλυγγι κεονται, 55

Αμβροτοι, ατρεκεες, ριμφα ψηροσσοσαι ἑκαστα·

Ταων ἡμιθεος τε και ολβιος ὅς τ' αφικηται·

Τας εμε κηρυσσειν λαοσσοος Αργειφοντης

Ανθρωποισιν ορινε, μελιγλωσσοιο κελευσας

Φθογγον απο στηθεσφιν αιδιε γηρυσασθαι. 60

Αλλ' ε παγχυ βροτοισι σαοφροσυνης αλεγειζειν

Ἴμερος, αιψα δε ψηροσβυν δαημοσυνην ατισειν·

Μητερα δ' ἡρων αρετην απατερεθε κλυοντες

Προτροπαδην φευγωσιν, αοσσητηρα δε μοχθον,

Μοχθον αοσσητηρα βιε, μαλα ψηφρικασιν. 65

Ουδε σφι κρειων ενι δωμασιν ολβος ὀμιλει·

Ουδε τις οιδε θεοις οππιζεμεν αθανατοισι·

Ver. 51. Eloquentissime et poetica pictura horribilem morbum describit Aretæus Chron. 2, 13. GESNER.

Ver. 52. Κ'αυτα δαιμονια διακειν, ει τιτι πλησιαζειεν ταυτα δε ψυχας των αποθανοντων ειπεν. Schol. MS. Paris.

Ver. 57. Simplicissimum est, Ταων fumere pro τατων, et intelligere ἔνεκα. GESNER.

Ibid. Ταων pro τατων libenter fumam. Sed præterea αφικηται in εφικηται mutandum suspicor, ut hæc sit totius versûs sententia.

Ταων ἡμιθεος τε και ολβιος ὅς τ' εφικηται. Horum, semideus est et beatus, qui compos fiet.

Ver. 62. Ἴμερος] Hic versus non stat, nec tamen quomodo restitui possit, perspicere queo, nisi forte in unam vocem conflaretur ψηροσβυδαημοσυνη: sed ita scripsisse poetam, credere durum est. H. STEPH.

Sanare, et pestilentem elephanticum morbum.
 Et animam abigere mortui, si quando nigro
 Ex erebo egressa, appropinquet cuiquam.
 Alia præterea innumera dona prudentis Mercurii,
 Apportata, in antro jacent,
 Divina, certa, et quæ propere singula peragunt
 Horum. Semideus est et beatus, quicumque ad ea perveniet.
 Quæ ut ego annunciem hominibus, sospitator populorum
 Argicida incitavit, dulcifoni jubens
 Cantoris vocem e præcordiis modulari :
 Verum nulla prorsus hominibus prudentiam curandi
 Est cupido, sed statim venerandam scientiam contemnunt.
 Matrem vero Heroum, Virtutem, vel e longinquo audientes,
 Citato cursu fugiunt. Auxiliatoremque laborum,
 Laborem auxiliatorem vitæ, valde exhorrent.
 Neque ipsis meliores domi divitiæ sunt,
 Neque quisquam illorum scit Deos respicere immortales.

Ibid. Laborat versus. Tolerabilior erit, si legas, *αιψα παρεσβαν δε δαημοσυνην ατιωσιν*, cum plura prolata sint talium positionum correptarum exempla, quamquam et ipsa exceptione non majora. Laudat versus, ut hic est, Stob. Ser. 4. p. 52, 12: versus vero 63 Tzetz. ad Hesiod. p. 49, a. GESNER.

Ibid. Versum hunc laborare, et quidem graviter, nemo neget; tolerabiliorem fore ex Gesneri medicina pauci existimabunt. Terminatio illa in *οσυνη* mihi videtur ex superiori versu, per errorem librarii, primitus derivata; ita ut auctor fortasse dederit *παρεσβαν Αθηναϊνην*, librarius *παρεσβαν αθηνοσυνην*, corrector (sensus quam metri studiosus) *παρεσβαν δαημοσυνην*. MS. Paris. habet *παρεσβαν*.

Ver. 64. *Αοσσητηρα δε μοχθων*. Ita conj. H. Stephanus. Vulgo *μοχθων*.

Εκ δ' οίγε πτολιων τε και ανδρων ηλασαν εσθλην
(Α δειλοι) σοφην, ερικνιον υβριζοντες.

Ωλετο δε πρωτεροις πεπονημενος ημιθεισιν·

70

Εργον δ' αργαλεος και απεχθης αυτικα πασιν

Δωκεν, επανυμιην λαοι τευξσει μαγοιο.

Και κεν ο μεν κονιαισιν υπ' αορι κρατος απενθης

Λευγαλεω θανατω διος φως εκτεανυσται·

Οί

[31] Primus, quod sciam, Neveletus fabulas has Æsopi a Maximo Planude, ut et vitam ejus, scriptas se existimare prodidit. *Præf. ad Fab.* Eandem opinionem videtur amplecti Bentleius, *Dissert. upon Æsop.* Sect. viii. Et profecto si Vitæ Æsopi, a Planude certissimè scriptæ, eadem fabulæ semper subjunctæ invenirentur, opinio ista verisimilitudine non careret. Sed res, opinor, longe aliter se habet. Vita Æsopi, cum nomine Planudis, sæpissime MS. occurrit sine ullis fabulis. Occurrit etiam præfixa collectionibus fabularum, quæ ab illâ, quam Accursius exscripsit, multum discrepant. Ita fuisse credo in MS. Stephaniano. Ita certe est in MS. Laudiano *Bibl. Bodl.* n. 699. ubi Vitam Æsopi a Planude scriptam sequuntur fabulæ, plures quidem ex Accursianis (quanquam diverso ordine), sed etiam multæ ex Neveletianis. Quare nullam idoneam

sæpius repetita est, cum nullis aut saltem levissimis mutationibus, donec anno MDXLVI Robertus Stephanus *Æsopi vitam et fabulas plures et emendatiores*, ut ipse ait, *ex vetustissimo codice Bibliothecæ Regiæ*, typis impressit. Et quidem Stephanum in editione suâ secutum fuisse codicem manuscriptum (quam vetustum et emendatum ipse viderit) tuadet in primis ordo fabularum, a prioribus editionibus omnino discrepans, tum etiam novæ fabulæ, circiter viginti, non omnes simul adjectæ, sed sparsim diversis in locis insertæ, prout illas in MS. ipsum reperiisse credibile est. Anno denique MDCX Isaacus Nicolaus Neveletus, *Mythologicæ Æsopicæ* corpus quoddam molitus, fabulas priores 144, ut ex editione Accursianâ propagatæ fuerant, repræsentavit, fabulas autem ex MSS. Palatinis addidit circiter 136, ut

neam rationem video, quâ adducamur ad credendum fabulas eas, quas Accursius vulgavit, a Maximo Planude scriptas fuisse.

Alia est doctissimi Bentleii in eâdem Dissertatione hypothesis, quam sine ampliore probatione admittere nolim, nempe collectionem hanc Accursianam Neveletianâ recentiorem esse. Neutram ab Æsopo ipso conditam libens concesserim; sed quæ ex illis recentior, quæ vetustior, frustra quæri existimo, cum in utrâque complures fabulæ diversis auctoribus et temporibus, ut verisimile est, consarcinatae legantur.

in Præfatione dicitur, sed computo non plane expedito, cum in ipso libro numerentur fabulæ 148, sub titulo *Fabularum nunquam hactenus editarum*, a paginâ scilicet 212 ad 321. Editionem autem Stephanianam aut nescivisse aut neglexisse videtur Neveletus, cum tamen in illâ nonnullæ exstent fabulæ, quæ in ejus collectione desiderantur, nonnullæ autem elegantius, et auctorem Babrium magis referentes, exprimantur [32].

Cum

[32] Inter fabulas, quæ in editione Stephanianâ habentur, in Neveletianâ desunt, est illa *de Sole & Boreâ*, (Edit. Oxon. Fab. 307.) quam etiam in Babrii collectione locum habuisse testatur fragmentum inigne a Suidâ conservatum in v. Σισυρα.

Βορῆ λέγῃσιν Ἡλίῳ τε τοιαύτην

Ἐριν γενέσθαι, πότμος ἀνδρὸς ἀγροικῆς

Ὀδοιπορεῖλος τὴν ΣΙΣΥΡΝΑΝ ἐκδύσει.

[Ita pro σισυραῶν verissime emendavit Vir doctissimus *Emend. in Suidam.* T. iii. 132.]

Sequentes etiam duas in Edit. Oxon. fabulas, 308 & 309. a Stephano itidem sumpsisse poterat Neveletus. Plures sunt, in quibus codex Stephani phrasés Babrianas propius sequitur, quam ille quem Neveletus exscripsit. Exemplum dabit fabula collectionis Neveletianæ prima (Edit. Oxon. 145.) quæ apud Stephanum sic incipit, p. 41. Ἀλεξίσορες δύο δι' ὄρνεις ἐμαχηθῆλο, ἔς λέγῃσιν θυμὸν εἶχειν οἶον ἀνθρώπων.—Horum gemina ex Babrio protulit Suidas in v. Ταναγραῖοι.

Cum igitur hi tres MSS. (unde, ut dixi, fabulæ Æsopi hæctenus editæ fere omnes depromptæ sunt) ita inter se differant, ut fabularum Neveletianarum nulla in codice Accurfiano inventa sit, neque rursus ulla Accurfianarum in Neveletiano [33]; Stephani autem codex Accurfianas omnes diverso ordine dispositas, Neveletianas paucas iis intermixtas complexus sit: cumque iidem MSS. ita inter se conveniant, ut unusquisque eorum complures fabulas ex eodem Babrio aperte derivatas ostendat: cum denique codex Bodleianus, cujus supra notitiam dedi, fabulas multas ex Babrio certissime sumptas contineat, quæ in tribus illis MSS. non comparent, alias

Αλεξιορισκων την μάχη Ταναγραίων,

Οίς φασιν είναι Συμον ὡσπερ ἀνθρώποις.

Vide etiam Edit. Oxon. fab. 174. 253.—Ed. Steph.

P. 54. 85.

[33] Sic clare Neveletus in Præf. “ *Ex MSS. illis quos habui ne unicus quidem vulgatas jam habuit Æsopi fabulas, quas a Planude, ut Æsopi vita est, scriptas existimo.*” De hoc egi in n. 31. Alterum autem plane singulare est, cum in tot aliis MSS. fabulæ Accurfianæ et Neveletianæ sibi invicem confusæ reperiantur. Equidem prope est ut credam, *duo Babrii volumina*, ab Avieno memorata, [V. supra n. 1.] casu quodam olim distracta, hoc uni, illud alteri harum collectionum originem dedisse.

autem

autem plures, quas cum illis communes habet, ita plerumque repræsentet, ut manifestiora parentis Babrii prodant indicia : mihi sane hæc cogitanti verisimile videtur, collectiones omnes, quas hodie tenemus, fabularum Æsoppearum ab opere Babriano originem suam duxisse, differentias autem earum scriptorum multitudini imputandas esse, qui diversis temporibus, et locis, et ingeniis, et studiis, metrorum elegantissimorum partes varias, pro libitu suo quisque, in profam traducendas sumpserunt. Rem autem sic factam concipio. Æsopum ipsum fabulas solutâ oratione scriptas reliquisse cur dubitemus non video [34].
Harum

[34] Dolendum est magnum Bentleium Dissertationem suam de Æsopo eo modo quo illam de Phalaride non retractavisse. Multa quæ hodie obscura sunt in hæc materiâ sine dubio illustria fecisset singularis ea, quâ in hisce literis pollebat, eruditio et sagacitas. Sed ille, adversarios Dissertatione secundâ Phalarideâ, velut fulmine, prostravisse contentus, a pugnâ impari indignabundus recessit. Nonnulla igitur in Dissertatione Æsopæâ reliquit vir maximus, quæ, si secundas curas adhibuisset, nisi fallor, mutavisset. Tale est argumentum illud, quo probaturus est Æsopi fabulas, tempore Socratis, scriptas non exstitisse, quia scilicet Socrates, qui aliquas ex illis metricè expressit, “ non ait, *se usum fuisse libro fabularum* ; sed, *Scripti*, inquit, ὡς ἠπιστάμην, *quas noveram, et primas in memoriam revocare*

Harum nonnullas etiam hodie, quoad materiam, supereffe ex veterum testimoniis satis constat. Neque tamen vero est abfimile fabulas ejus, quotquot fuerint, ex aliorum inventis numero non parum auctas fuisse, antequam eas (quæcunque scilicet sub Æsopi nomine ferebantur) Choliambis suis expolivit Babrius; quem et ipsum aliquas addidisse non injuriâ suspicemur [35]. Ex

care potui." Verba Socratis sunt ap. Platon. in Phædone: ἕς προχειρὲς εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τῶν Αἰσωπῶν, τῶν ἐποίησα, οἷς πρῶτος ἐπέτυχον. Sed nemo certe concluderit, librum Æsopi fabulas continentem nusquam existitisse, ex eo quod Socrates, in carcere positus et libris omnibus, ut verisimile est, destitutus, cum fabulas unam et alteram (αἰσοπῶσιως χερῶν, ut ipse ait,) metris claudere instituisset, ex memoriâ eas et non ex libro hauserit.

[35] Inter opera Rhetorica Demetrii Phalerei numerantur a *Laertio*. V. 79. δημηγοριῶν τε καὶ πρῶσεων, ἀλλὰ μὴν καὶ ΛΟΓῶΝ Αἰσωπείων συναγωγῶν. Post eum Nicostratus, circa tempora Antoninorum, μύθους Αἰσωπείους fecisse memoratur. *Hermogenes*, περὶ Ἰδεῶν. B. de Nicostrato, ὅς γε καὶ ΜΥΘΟΥΣ αἰσῶς πολλὰς ἐπλάσεν, οὐκ Αἰσωπειῶν μόνον, ἀλλ' οἷος εἶναι πῶς καὶ δραματικῶς. Sed Hic Babrio ferior; ut et Aphthonius, cujus fabulæ quadraginta hodie leguntur. Utrumque tamen, Demetrium et Nicostratum, (ut de Aphthonio manifestum est) Mythographiam eatenus tantum excoluisse suspicor, quatenus Rhetoricæ inservire censetur.

illo

illo tempore credibile est profaicam fabularum
Æsoppearum collectionem negligi cœpisse, et
sensim prorsus evanuisse [36], cum easdem
fabulas,

[36] Babrium certe nostrum, vice Æsopi, citat
Julianus Imp. et ita familiariter, ac si Choliambi
ejus ab omnibus tererentur. *Epist.* LIX. Τον μυθον
ακημοας*

Γαλη πρὸς ἀνδρος ευπρεπες ερασθησιςα*
κα δε αλλα εκ τε βιβλιας μανθανε.

V. Fab. 169. Edit. Oxon. cujus alterum etiam
versum, et paullo plus, conservavit Suidas, in v.
Βαθυρωλος.

— τονδε της βαθυρωλης

Καλαβασσα κοινη [1. κοινης] επεδιωκεν η νυμφη.

Tzetzes nonnunquam accuratius distinguit, fabu-
lam Æsopo, metra Babrio tribuens, ut in Chil. xiii.
494.

Τοις μυθοις τοις Αισωπεις τε και σιχοις τε Βαβρις,
Λεων καθευδων πλατῆραι. κ. τ. λ. V. fab. 219.

Nonnunquam Babrium solum citat, ut in Chil.
xiii. 264.

Ακατον και Βαβρις δε τινων χωλων Ιαμβων*

Γαλλοις αγυρῆαις κ. τ. λ. V. fab. 242.

Sæpius autem sub Æsopi nomine exponit fabulas,
quas ex Babrio illum hausisse verisimile est. Vide
Chil. iv. 938. 945.—vii. 82.—viii. 501.—ix. 166.
—x. 178. et confer, si tanti est, fab. 169.—88.—
288.—188.—133.—205.

In Chil. viii. 844. Æsopi fabulam citat, quæ in
vulgatis non comparet, sed legitur, paullo tamen
diverse in Cod. Bodl. n. LXVII.

fabulas, et fortasse plures, parare facile esset, stylo jucundo et eleganti ornatas, metroque concinnatas aptissimo; quod sane non minus propriè *Mythicum*, quam aliud *Heroicum*, aliud *Elegiacum*, appellare licet. Tandem sequioribus sæculis, cum non modo numerorum metricorum suavitas, sed etiam omnis orationis elegantia neglecta jaceret et ignota, cœperunt homines male feriatî Babrii fabulas in prosam reducere, non eam in quâ ab Æsopo et aliis olim scriptæ sunt (quod minus plorandum esset), sed qualem ipsi pro barbarie suâ excudere potuerunt. Atque hinc, opinor, accidit, ut fabularum Æsopi, quæ a veteribus memorantur, aliæ in libris hodiernis deside-

Κύων Λαγῶν διωξοῖς ἐκράτησεν· καὶ πότῃ μὲν ἔδοκνε, πότῃ δὲ σαινῶν προσεχαιρεῖ καὶ ἠφιμῖ· καὶ ὁ Λαγῶς ἐπέειπεν· εἰ μὲν φίλος εἶ, τί δοκνεῖς; εἰ δὲ ἐχθρὸς, τί σαινεις ἔρη;

Suidas, qui Babrii testimonio, ut vidimus, toties utitur, Æsopum, si Indicibus Kusterianis fidendum est, nunquam citat. Et similiter Etymologus M. Æsopum nunquam advocat, Babrium bis. Alium ex scriptoribus antiquis, qui aut Babrium nominatim citavit, aut verba ejus indubia produxit, non novi. Tantum in *Bibliothecâ Coislinianâ*, p. 574. in recensione Cod. cccclxxi. qui *S. Maximi opera quædam Gr.* continere dicitur, *ab editis discrepantia*, inter auctores, ex quibus loca afferuntur in Cap. 6. nomen Βαβριῶν invenio. Eum igitur, si quis ibi exstet, Babrii nostri locum, velim eruditus aliquis Parisiensis in lucem aliquando vindicet.

rentur,

rentur, aliæ mutatæ legantur. Scriptores enim nostri eas solum fabulas quas libuit, et ut libuit, verterunt. Quanquam haud incredibile est ipsum Babrium nonnulla, quæ scilicet desperavit *tractata nitescere posse*, reliquisse, nonnulla etiam pro arbitrio immutasse [37].

His

[37] Cavendum est autem ne temere judicemus fabulam aliquam intercidisse aut corruptam esse, quia in hoc vel illo MS. non reperitur, aut prave scribitur. E. G. Libris Æsopi, qui tum ferebantur, objecit Bentleius, fabulam notissimam *de duabus Peris* in iis non contineri; quam tamen habet Codex Bodl. n. XLIX. Similiter objecit vir doctissimus fabulam cxciii. (Edit. Oxon. 190) aliter legi quam aut ab Aristotele, *de Part. Anim.* l. iii. c. 2. aut a Luciano, *in Nigrino* p. 74. et *Hermot.* p. 759. memoratur, quos etiam ipsos inter se non convenire notat. Hæc autem fabula in Cod. Bodl. non paulo melius quam in editis exhibetur, et ad mentem Luciani multo propius; ita ut suspitioni locus sit, Aristotelem ad ipsius Æsopi fabulam allusisse, Lucianum autem ad eandem ut a Babrio repetita est. Ipsam fabulam, ut in MS. exstat, lectoris iudicio hic sistam.

XLIII. Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν καὶ Ἀθῆναι ἐρίν ἐποιήσαντο, τίς κάλλιόν τι ποιήσει· καὶ ὁ μὲν Ζεὺς ἀνθρώπων εὐπρέπεια-
τον ἐποίησεν· ὁ δὲ Ποσειδῶν ταύρον· ἡ δὲ Ἀθῆναι οἶκον ἀνθρώ-
ποις· κρήνη δὲ ἦν ἐπὶ τῆσιν Μῶμος· καὶ πρῶτον μὲν ἐφέγγε
τὴν θῆσιν τῶν κερῶν τε ταύρου, καὶ ὡθεὶ τῶν οὐμῶν λε-
γῶν

His ita expositis, cum ex tribus Æsopi codicibus, quos editos appellare licet, et quarto Bodleiano, tam insignia teneamus operis Babriani fragmenta, suspicio certe non absurda est, in magnâ illâ codicum nondum exploratorum copiâ, quæ in Bibliothecis servatur, nonnullos reperiri posse, qui, si diligenter excutiantur, aut fabulas nobis hactenus ineditas [38] offerant, aut saltem editarum multas stylo amœniore et purpureis Babrii pannis magis ornatas exhibeant. Memoratur a Bernardo de Montfaucon [*Diar. Ital.* p. 366.] in Monasterio S. Mariæ, Florentiæ, Codex Bombycinus sæculi XIII, in quo, inter alia, conti-

γων οφειλειν κεισθαι, ὡς ἂν βλεπη πρὸ τυπῆι· τὰ δὲ γὰρ τὰς φρενας ἀθροῦν καὶ τὰς βέλαις φανεραῖς εἶναι, ὡς ἂν διαγνωσκήσῃαι τι βελευῖσθαι ἕκαστος· τῆς δὲ οὐμίας, ὅτι μὴ τροχὸς σιδηρὸς ἀλῆ ἐποίησεν, ἵνα καὶ τοῖς δεσπόταις συνέξ-
έδημει καὶ γείνοναι πονηρὸν ἐξεφενγεν.

[38] Fabulæ Æsopææ non paucae leguntur apud Aphthonium, Plutarchum, & alios [V. Edit. Oxon. fab. 194 & seq.] quæ in editis Æsopi codicibus non comparent. Earum etiam, quas Babrius conscripsit, aliquarum fragmenta servavit Suidas, quæ ad fabulas nobis hactenus ignotas omnino referenda sunt. [V. eum in v. Κωλώης. Πιθηκος. Πυρριχαίς.] His licet adjiciamus fabulas multas apud Phædrum et Latinos Mythographos, ex Græcis, ut verisimile est, adumbratas, quanquam archetypha Græca hodie nondum in lucem protracta fuerint.

nentur,

nentur, “Æsopi vita & ejusdem fabulæ, ut ante Maximum Planudem exstabant, stylo χυδαίω [39].” Plurium MStorum notitia peti potest ex ejusdem viri docti *Bibliothecâ Bibliothecarum* [40]. Ut eruditos, quibus eorum copia est,

[39] Pergit Montfauconius: “Planudes enim Æsopi cum vitam tum fabulas longe diverso stylo, suoque more conscripsit. Initium vitæ sic habet: βίος τῆς παρθενίας Ἀισώπῃς. Οὐ κατὰ πᾶσι τοῦ βίου βιωφελές ἦν Ἀισώπῃς. Nonnullæ fabulæ a Maximo Planude prætermissæ sunt. Æsopum, Deo favente, in sequentibus edemus, qualis ante Planudem fuit.”—Hæc autem non omittenda duxi, quanquam iis, quæ de Planude ipse veriora credo, nonnihil adferentur. V. supra n. 31. Editio Æsopi, quam hic pollicitus est Montfauconius, nunquam, opinor, prodiit.

[40] In eo opere, præter Æsopi codices in Bibliothecis Europæ principibus, Vaticanâ scilicet, Cæsareâ Vindobonensi et Parisiensi Regiâ, non pauci in minoribus Italiæ et Galliæ Bibliothecis servati recensentur. In unâ Ambrosianâ Mediolanensi existare dicitur Æsopus, in pergamenis *quater*, in bombycinis *ter*. *Bibl. Bibl.* vol. i. p. 492.

In plerisque harum Bibliothecarum servantur etiam codices Tetrastichorum *Ignatii*, sub nomine *Gabriæ*, quos inspicere fortasse non inutile iis videbitur, qui meminerint insignissimum Babrii fragmentum ex hujusmodi codice, ut verisimile est, depromptum fuisse. V. FRAGMENTA BABRII, ad

est, ad eos lustrandos et in usum publicum excerptendos accendam, Babrii fragmenta omnia (quæ scilicet ex inquisitione non nimis laboriosa ad manum sunt, prætermittis etiam iis quæ in corpore fabularum profaicarum, sive nunc sive antehac editarum, inseruntur) coronidis loco hic simul relegenda apponam. Meam autem in his colligendis et digerendis industriam argui facile patiar, dummodo alius quis ex penu literario instructiore plura et meliora proferre excitetur.

fab. 149. Ignatium hunc Babrii fabulas in compendium redegisse supra monui, n. 5. quod luculenter confirmat titulus hic tetrastichis ejus in codice Vindobonensi præscriptus; Βαβρις εν επιλογη μεγαλαφεν υπο Ιγνατιου Μαγιστρος. *Fabric. Bibl. Gr. I. 398. Ed. 2dæ.* Atque hinc nomen Gabriæ, qui nullus, ut credo, existit, opusculo huic adhæsisse suspicor, cum in quibusdam exemplaribus, errore scribæ, Γαβρις pro Βαβρις lectum sit. Qui error etiam apud Tzetzemprehenditur, Chil. viii. 516.

BABRII FRAGMENTA

secundum ordinem fabularum Æso-
pearum in Edit. Oxon. 1718.

Fab. LVII.—Suid. ¹ Ατολμοι. ² Ακλαιων.

³ Οκλαδιας.

¹ 'Οθ' ἔνευ' εἰσιν αδρανεσαιοι ζων,
Ψυχας ατολμοι, μουνον ειδοτες φευγειν.

² Και βατραχων ομιλον ειδον ακλαιων,

³ Βαθειαν εις ιλυν οκλασι τηδωνων.

³ Versiculum hunc alteri, qui præcedit, subjun-
gere non dubitavi, licet a Suidâ citetur sine ullâ
auctoris designatione. Tantum addit—περι βατρα-
χων ὁ λογος. Et quidem ipse metri incessus (si ita
loqui liceat) Ranas in paludem *geniculatim infli-*
entes ante oculos ponit.

Fab. XCVII.—Suid. Πέλαυρα.

'Οδ' εκ πέλαυρα κλαυρον ειπε βοησας.

Ποθεν μαθηση ποσσον εις ἑω λειπει

Τον ὠρονομον θυσας με ———

Metro laboranti in ver. 1. succurrit Toupius,
Emend. in Suid. iii. 46. reponendo,

'Οδ' εκ πέλαυρα ΤΡΑΝΟΝ ΕΠΙ' ΕΠΙΒΟΗΣΑΣ—

Quod aut verum est, aut non.

D

Fab.

Fab. CXXV.—Suid. Ονεια.

——την σαγην τε τε κήνηας
Και την ονειαν προσεπεθηκεν εκδειρας.

Fab. CXXXVII.—Suid. Ασθμα. Σπηλυγξ.

ΚΟΙΑΗΣ ΕΣΩ σπηλυγος, οια τις νεσω
Καμνων, εβεβλητ', εκ αληθες ασθμαινων.

Ita, pro vulgato Κοιωσω in v. i. scribendum monuit doctissimus Toupius, *Emend. in Suid.* iii. 153. Probabiliter admodum, ut mihi videtur. Fabula hæc in Cod. Bodl. n. LXXII. sic incipit. Δεων γηρασας κυνηγειν εκ ηδυνασο· εκεισο δε εν τω σπηλαιω προσποιημενος νοσειν, και την φωνην λεπτυνων και ασθμαινων.

Fab. CXXXIX.—Suid. ¹ Τριγχος. ² Πριων.

¹ Λυκος παρχει τριγchon, ενθεν εκκυψας
Αρνειος αυλον ελεγε πολλα βλασφημιως.

² Κακεινος ειπε τας σιαγονας πριων—

V. supra p. 18.

Fab. CXLIV.—Suid. Καρχαροδες.

——και καρχαρον τι μειδιασας [f. μειδησας]
Σοι μισθος αρκει, φησι, των ιαρειων
Κεφαλην λυκειε φαρυγος εξελειν σωην.

Fab. CXLV.—Suid. Ταναγραιοι.

Αλεκτορισκων ην μαχη Ταναγραιων,
Οις φασιν ειναι θυμον ασπερ ανθρωποις.

Fab. CXLIX. Αηδων και Χελιδων.

Αγρε Χελιδων μακραν εξεποληθη,

Εὐρεν δ' ερημοῖς εγκαθημενην ὕλαις
 Αἰδῶν' ὄξυφωνον· ἣδ' ἀπεθρηνεῖ
 Τον Ἴτυν αἰωρον εκπεσοντα της ὥρης.
 Χ' ἣ μὲν Χελιδῶν φησι, φιλιῶν, ζῶις·
 Πρῶτον βλεπω σε σημερον μέλα Θρακην.
 Ἀλλ' ελθ' ες αγρον, και προς οικον ανθρωπων.
 Συσκηνος ἡμῖν και φιλη καλοικησεις,
 Ὅπως γεωργοῖς κ' εἰσι θηριοῖς ασεις.
 Τηνδ' αὐτ' Αἰδῶν ὄξυφωνος ημειφθη.
 Ἐα με πείραις εμμενεῖν αοικητοῖς.
 Οἶκος δε μοι πας ἣ τε μιξῖς ανθρωπων
 Μνημην παλαιων συμφορων αναφλεξει.

Hæc fabula, quæ sola ex Babrianis, ut videtur, integra ad nos pervenit, primum edita est ab Aldo, anno MDV. In eâ editione ultima est fabularum 43, quæ ibi vulgantur sub nomine *Gabriæ*, nec ab aliis ullâ notâ distinguitur; ita ut verisimile sit, eam in eodem MSto cum illis repertam, ad eundem auctorem ab Aldo relatam fuisse. Sed diu est ex quo, eruditorum omnium consensu, *Babrio* restituta est.

In nonnullis leviter corruptam credo, et sic forte emendandam.

V. 1. ut metrum fervetur, leg. ΕΞΕΠΩΤΗΘΗ.

4. αἰωρον εκπεσοντα της ωρης. At non formâ immaturum excidisse Ityn dolebat mater, sed vitâ. τὴν ὥρην autem pro vitâ poni posse non credo: lego igitur, της ΖΩΗΣ. Et ejus quidem lectionis vestigia in versu sequente, 5,prehendisse mihi videor. Exemplum certe desidero, in quo ζῶις (in hoc scilicet orationis genere) pro formulâ salutandi usurpetur. Verisimilius igitur arbitror Babrium scripsisse, φιλι-

τάλη, ΧΑΙΠΟΙΣ. et syllabam priorem τῶ ζωίς ex versu præcedenti irrepsisse, errore librariis familiarissimo.

6. μέλα Θρακίην· *post Thraciam*, Nevelet. *post Thracicam consuetudinem*, Editor Oxon. fab. 149. Neutram interpretationem intelligo. Aut legendum est ΚΑΤΑ Θρακίην· aut μέλα sensu τῶ καλῶ accipiendum est; cujus usûs exempla nonnulla suppeditant Lexicographi. Omnino enim intelligere debemus in Thraciâ habitum esse hunc congestum.

Fab. CLVI.—Suid. Αἰώρα.

Ὦς δ' ἐκ ἐφικνεῖτ', ἀλλ' ἐκαμνε πηδῶσα,
Οὐδὲν κρεμᾶσης σχῆσα μαλλόν αἰώρας,
Παρηλθεν ἔτω βυκολούσα τὴν λυπὴν.—

Ad hanc Babrii nostri fabulam respexisse videtur Etymologus M. in v. Ομφαξ. Ομφαξ, τὸ ὄξειον. ΒΑΒΡΙΟΣ, ομφαξ ὁ μὴ ἀπέπειρος βόσκος, ὡς ὠμῆν. f. ΩΜΟΣ. Hoc enim, credo, vult. Ομφαξ dicitur *utra non matura*, utpote ὠμος, i. e. *cruda*. Quam sententiam mox clarius aperit; οἶονε ΩΜΟΦΑΞ τις ὠν—ΩΜΟΣ εἰς τὸ ΦΑΓΕΙΝ. Tales autem nugæ isti homini solennes sunt.

Fab. CLVIII.—Suid. Ρωγᾶς.

Ἐν τῇδ' ἐκεῖνο ρωγᾶς αἰπολῶν πῆρα,
Ἀβίων ἐὼλων πᾶσα καὶ κρεῶν πλῆρης.

Fab. CLXII.—Suid. Ἐκασοθε.

Ἐτων ἐν τριχῶν ἑκάστοθ' ἡ μὲν ἀκραιὴ
Ἐτίλλεν, αἷς εὕρισκε λευκανθίζεσας.

Initium hujus fabulæ in vulgatis editionibus duo
Babrii

Babrii choliambos pene integros exhibere monuit Bentleius. *Dissert. upon Æsop.* Sect. vii.

Ἄνηρ μεσοπολιος οὐδ' ἐρωμέναις εἶχεν,
Ὦν ἢ μὲν ἦν νεανίς, ἢ δὲ παρῆσ' ἔβη.

Fab. CLXV.—Suid. Ἀρκος.
Ἀρκος φιλεῖν ἀνθρώπου ἐκτοπῶς ἠυχεῖ.

Fab. CLXIX.—¹ Julian. Ep. LIX. ² Suid.
Βαθυσερῶλος. V. supra n. 36.

¹ Γαλή ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεπεὺς ἐρασθεῖσα——
———² τὸν δὲ τῆς βαθυσερῶλος
Καλαῖασα κοίτης ἐπεδιώκεν ἢ νυμφῆ.

Fab. CLXXII.—Suid. Πυρινῶ σίῳ.
Γερανοὶ γεωργεὶ καλενεμονίῳ * χωρᾶν,
Ἐσπαρμένην νεωσὶ πυρινῶ σίῳ.

In v. 1. rescripsit THN χωρᾶν Vir doctissimus.
Emend. in Suid. iii. 100. Rectissime.

Fab. CLXXIV.—Suid. Οτλος.
Ταλας, ἐφώνει, μοχθὸν οἶον οτλευεῖς.

Fab. CLXXV.—Suid. Γομφίεσ.
Οδ' ἀχριασᾶς γομφίεσ τε συγκρεσᾶς,
Μη μοι χαρίζε, φησιν.———

Fab. CLXXVIII.—Suid. Ἐναφηκαν.
Ἐναφηκαν * * σφηνᾶς, ὡς διασαίη.

Fab. CCXIX.—Suid. ¹ Φριξόριχα. ² Πα-
λαμναῖος.

¹ Κοιμωμενε Λεοντος αγριης χαίτης
 Διεδραμεν Μυς· ο δε Λεων εθυμωθη·
 Φριξας δε χαίτην εκθορε φωλαδος κοιλης

εχι τον Μυν, ειπας, η παλαμναια,
 Δεδοικα, μη με την δοραν δακοι φευγων,
 Χαίτην δ' εμελλε την εμην καλαιοσχυνειν.

² Verba sunt *Leonis ad Vulpem*, ut patet ex fabulâ profaicâ; sed leviter, ut credo, corrupta. Si enim το ΕΙΠΑΣ pro fecundâ personâ Aoristi accipiamus, sensus laborabit, sin pro participio, metrum. Scribere possumus;

‘ΟΔ’, εχι τον μυν, ΕΙΠΕΝ, η παλαμναια,
 Δεδοικα.

Ille autem (Leo sc.) dixit, non murem, o scelerata, timeo. Nam η παλαμναια casu recto pro casu Vocandi positum esse suspicor, per Enallagen Græcis scriptoribus non inusitatam.

Fab. CCXXVIII. — Suid. Ερωτω.
 Ελθειν προς αυτον επι το δειπνον ηρωτω.

Fab. CCXXXIX. — Suid. Βληχωδης.
 Μωρος δε ποιμην και τα παντα βληχωδης
 Πεμπειν εμελλεν.

Fab. CCXLII. Γαλλοι και Ονος.
 Γαλλοις αγυρθαις εις το κοινον επραθη
 Ονος τις εκ ευμοιρος αλλα δυσδαιμων,
 ‘Οσις φερη πτωχοισι και πανεργοισι
 Πεινης ακος διψης τε, και κακην τεχνην.

Ουτοι

Οὔτοι δὲ κυκλω πασαν εἶς εθεῖς κωμην
 Περιϊόντες ελεγαντο· τις γὰρ ἀγροικῶν
 Οὐκ οἶδεν Ἀτῆν λευκόν, ὡς ἐπῆρωθη;
 Τίς ἐκ ἀπαρχῆς ὀσπριῶν τε καὶ σίλων
 Ἄγνω φερῶν δίδωσι τυμπανῶ Ρειῆς;

Hoc fragmentum exstat ap. Tzetzem, Chil. xiii. 264. exceptis versibus 3 & 4, quos primus, opinor, in lucem protulit Natalis Comes, Mythol. l. ix. c. 5. An vero eos in Codice Tzetzis, vulgatis auctiore, invenerit, an apud alium quemvis scriptorem, mihi incertum est.

Fab. CCXLIII. — Suid. Τρωγλη.
 Ἄλλοι μὲν ἐν σωθῆνες ἦσαν ἐν τρωγλαῖς.

Fab. CCLVIII. — Suid. Κωμήλαι.
 Οὐ γὰρ τις ἐπιθεῖς ἕσανον εἶχε κωμῆλης.

Fab. CCLX. — Suid. Κνηκίας.
 Ὀδ' ἐκλυθεῖς πονῶν τε κ' ἀνιῆς πασῆς
 Τὸν κνηκίαν χασκονίᾳ λακίσις φευγει.

Primum fabulæ Babrianæ Choliambum in fabulâ profaicâ illæsum exstare vidit Bentleyus, et ante eum Neveletus.

Ὀνος πάλῃσις σκολοπα χῶλος εἰσηκεῖ.

Exstat etiam versus unus Mythographi illius, qui hanc fabulam in Hexametris expressit, ap. Suidam in v. Σκῶλος.

Ἐκ μοι σκῶλον ἐρυσσον, ὃ μοι κακὸν ἐμπέσεν ὄπλη.
 Et fortasse alter in v. Οἶλος.

Ου τι δικης απανευθεν αεικει δαμναμαι ολω.
Sed vide annon hic melius convenit Fabulae 32.

Fab. CCLXV. — Suid. Βεκολημα.
Χ'ωπως εχη τι βεκολημα της λυπης
Ενεθηκε τοιχοις ποικιλιας γραφας ζων.

Fab. CCLXXXIX. — Suid. Ωνος.
Τι σοι το κερδος; η τιν' ωνον ευρησεις;

Fab. CCCII. Ex Aphthonio. V. supra p.
10. ejusdem argumenti fabulam, nunc pri-
mum editam ex Æsopo, Cod. Bodl. n. xciii.

Suid. ¹ Σωρακες. ² Καμειραια ισχας. ³ Κριμνον.
¹ Πεδ' οσπριων ην σωρος, η πιθος συκων,
Σταμνοι τε μελιθος, σωρακοι τε φοινικων.

² Μικρον δ' επισχων, ευτ' εσωθεν εκκυψας
Ψαυειν εμελλεν ισχαςδος Καμειραιας.

³ Εγω δε λιγης εκ αφεζομαι βωλε,
Υφ' ην τα κριμνα μη φοβεμενος τρωγα.

¹ Non video quomodo interrogativum πη locum
hic habere possit. Nihil tamen mutō.

Fab. CCCVII. Ex Ed. R. Steph. p. 50.
Nec multum differt fab. Cod. Bodl. n. 17.

Suid. Σισυρα.

Βορεη λεγασιν Ηλιω τε τοιαυτην
Εριν γενεσθαι, ποσειδος ανδρος αγροικη

Οδοιπορευτός την σισυρναν εκδύσει.

V. supra n. 32.

Fab. CCCLIII. Ex A. Gellio, *Noct. Att.*
ii. 29. ubi exstat Latine. Græce nondum
prodiit.

Suid. ¹ Λοφος. ² Αμαν.

¹ Και παιδας ειχε ληϊε κομη θρεψας
Λοφωνιας ηδη και πλεροισιν ακμαιες.

² Νυν εσιν ουτως, παιδες, εκ τοπων φευγειν
Οτ' αυλος αμα, κ'ε φιλοισι πιςευει.

Fab. CCCLVI. *Gabria*. V. supra p. 4.
Fab. Cod. Bodl. n. 21.

Suid. ¹ Παιαν. ² Αθηνας.

¹ Ο δ' ειπε κλαυσας Φρυνος ουχι παιανος
Τετ' εσιν ημιν, φρονιδος δε και λυπης.

² Ει γαρ μονος νυν λιβαδα πασαν αυαινει,
Τι μη παθωμεν των κακων, οταν γημας
Ομοιον αυτω παιδιον γεννηση; [f. επιγεννηση]

¹ Choliambos hos duo, a Suidâ sine auctoris no-
mine citatos, Babrio nostro fidenter tribuo, huic
fabulæ dubitanter. Φρυνος enim proprie *rubeta*,

βατραχος χερσαιος. Et tamen Nicander meminit

Διμνατης Φρυνης πολυχηρος. *Alexiph.* 576.

ubi *φρυνη* pro *rana* ponitur.

Helych. Φρυνος, βατραχος η παχος.

Suid. Φρυνος, ο αδιαπλαισος βατραχος.

Quem locum acumini Toupiano illustrandum
commendo, in curis novis ad Suidam; si quas,
etiam

etiam post novissimas, literarum Græcarum studiosis, ut spero, non invidabit.

Fab. CCCLIX. *Gabria.*

Suid. Ηρα.

Αισχρας τινος ηρα και κακοτροπε δελης.

Hæc fabula exstat etiam in Cod. Bodl. n. vi. ubi sic incipit. Αισχρας και κακοτροπε δελης ηρα δεσπονης κ. τ. λ.

Fab. V. Cod. Bodl. V. supra p. 4.

Suid. Στελεον.

Ει μη γαρ υμεις σελεα παλτα τιχητε,
Ουκ αν γεωργος πελεκυν εν δομοις ειχεν.

Fab. XLVII. Cod. Bodl. V. supra p. 5.

Suid. Γερανος.

Λιβυσσα Γερανος ο δε Ταως ευπηληξ
Χλωρην αι βοσκοιλο χειμαλος ποιην.

Fab. LXXIV. Cod. Bodl. V. supra p. 6.

Suid. ¹ Αχαιϊνη. ² Πανθοινη. ³ Νεβρος.

¹ Τοιαυτα κωμιλλεσα την Αχαιϊνην
Επεισεν ελθειν δις τον αυλον εις αιδην.

² Λεων μεν αυλος ειχε δαιλα πανθοινην,
Εγκαλα λαφυσσων, μυελον οσεων πινων
Και σπλαγχνα δαπλων.

³ Πεινωσα Κερδω, καρδινη δε νεβρεινη
Λαππει πεσεσαν αρπασασα λαθραιως.

Duobus

Duobus Hexametris, quos supra protuli in n. 7. juvat addere nonnulla ejusdem Auctoris anonymi fragmenta, quæ ad hanc fabulam verisimiliter referantur, ex Suidâ in v. ¹ Ηπεδανος. ² Πορφυρει. ³ Φηλων.

— ¹ εγγυθι δ' εση

Ηπεδανιο Λεοντος. —

² Και οι πορφυρονη διακριδον αμφις εκαισα,

³ Κερδеси φηλωθεισα τον Κεμας.

Fab. LXXXV. Cod. Bodl. V. supra p. 10.

Suid. ¹ Φρηζα. ² Διαργεμοι.

¹ Οι σφας εκοσμεν, και διειλον εις φρηζας,
Λοχες τε και φαλαγγας, ωσπερ ανθρωπες.

² Αλλ' οι μεν υμων [f. ημων] μελανες οιδε τεφρω-
δεις,

* Ετεροι δε ξανθοι και διαργεμοι ζηθη.

FABULARUM INCERTARUM FRAGMENTA.

Apollonii Lex. Homer. Αειδε.

—————ταυλα δ' Αισωπος

Ο Σαρδιηνος ειπεν, οντιν' οι αδελφοι [f. Δελφοι]

Αδοντα μυθον ε καλωσ εδεξαντο.

Hæc autem deprompta esse suspicor ex epilogo fabulæ (in Edit. Oxon. 2.) de Aquilâ & Scarabæo; de quâ V. Aristoph. *Vesp.* 1437. et ibi Scholiasten.

Suid.

Suid. *Εν τῷ μερεῖ.*

Ἰδὼν κάκεινος, ἐν μερεῖ γὰρ ἠλώκει,
Γάμειν ἐμελλεν. —

Hæc ex Babrii Choliambis decerpta esse notavit doctissimus Toupius [*Emend. in Suid. I. 139.*], atque ita legenda, metro postulante :

Ἰδὼν Δ' ἐκεινος —

Quod quidem non improbandum est. Sed cum in capite hujus articuli apud Suidam, & in aliis exemplis quæ ibi proferuntur, scriptum videam *Εν τῷ μερεῖ*, malim etiam hunc versum ad eandem normam sic refingere.

Κάκεινος ἰδὼν, ἐν τῷ μερεῖ γὰρ ἠλώκει,
Γάμειν ἐμελλεν.

Quinetiam, ut mihi nunc videtur, fragmentum hoc non male referatur, ad fabulam (Edit. Oxon. 169.) *de Fele in sæminam conversa.*

Suid. *Ἡϊῶν.*

Οὐπῶ δὲ καιρὸς ἐστὶν ἠϊῶ λυεῖν.

Suid. *Κωλώρης.*

Σοφῆς Αραχνης ἴσον εὔρε Κωλώρης,
Καὶ λεπτόν ἐνεδὺ φάρος ἐκλεμῶν τοιχῆ.

Suid. *Νεμεσις.*

Παρθὴν δὲ Νεμεσις, ἣ τὰ γῆς ἐποπτεύει.

Suid. *Νεὸς.*

Καὶ τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρει
Φυλάσσειν ἕως. —

Suid.

Suid. Ουναρα.

Δημήτρι ταυρων οχλον αγρολης θυσας
 Ἄλω πλασειαν ουναροις ὑπεσρωκει.

Taurorum turbam (à rustico scilicet immolatam)
 recte explodit vir acutissimus. *Emend. in Suid. ii.*
 172.

Quæ autem reponit,

Δημήτρι ΤΑΥΡΟΝ ΕΥΧΛΟΩΙ ἄγρολης θυσας—
 licet erudite et subtiliter excogitata, dubito an omni-
 bus probaturus sit.

Mihi in mentem venerat—

Δημήτρι ΤΑΥΡΟΝ ΧΩΛΟΝ αγρολης θυσας—
 Sed fortasse fatius est conjecturis supersedere, donec
 fabulæ, ex quâ hæc citantur, argumentum magis
 notefcat.

Suid. Πιθηκος.

Κερδω πιθηκω φησιν, ἦν ὄρας σηλην
 Ἐμοι παρρη τ' εσι κατι παπρωη.

Suid. Πυρριχαις. *Camelus loquitur.*

—εμοι γενοιλο καν ὁδω βαινειν
 Μη καταγελασον, μητε πυρριχην παιζειν.

Suid. Τάπιχειρα.

Αμεινονα εχων τάπιχειρα της ἡτήης.

Horum sedem indicat Suidas εν Μυθικοις. Ut Ba-
 brio tribuam facit metrum Choliambicum, licet non
 ex omni parte perfectum. Scribendum credo,

Αμεινον' ΑΠΕΧΩΝ τάπιχειρα της ἡτήης.

Quod si hæc intelligas de Gallo gallinaceo, qui pugna
 victus victoriæ tamen præmia retulit (Edit. Oxon.
 fab. 145.) non multum, opinor, errabis. Suid.

Suid. Τιτῆυβιζέει.

Ταύτης ακεσας μικρα τιτῆυβιζέσης.

Suidæ locus sic scribitur.

Τιτῆυβιζέει ποιον ηχον αποβλεπει. Και Βαβριος* επη
 Χελιδονος ταύτης ακεσας μικρα τιτῆυβιζέσης. In quæ vir
 doctissimus, *Emend. in Suid.* iii. 208. hæc notat.

“ Babrii versiculi, qui choliambi sunt, nonnihil
 laborant. Nam postremum locum versus prioris
 occupat iambus : quod contra artem est. Rescribo,
 idque eleganter,

————— επη Χελιδονος ΤΑΥΤΑ

ΤΑΥΤΗΣ ακεσας μικρα τιτῆυβιζέσης.”

Mihi profecto verba Suidæ sic potius ordinanda
 videntur. Τιτῆυβιζέει, ποιον ηχον αποβλεπει. Και
 Βαβριος ΕΠΙ χελιδονος. *Et Babrius de hirundine* (hæc
 sc. voce utitur, in versiculo sequente), Ταύτης ακεσας
 μικρα τιτῆυβιζέσης.

Etymolog. Μ. Πεπρωμενον.

‘Α σοι πεπρωται ταύτα τληθι γενναιως*

Και μη σοφιζε* των [f. το] χρεων γαρ & φευξη.

PRÆTER HÆC sunt etiam duo fragmenta, quæ
 Babrio tribuit auctor libelli, cui titulus “ *Dr. Bent-
 ley’s Dissertations Examined. London. 1698,*” pag.
 245. Sed illud, quod ex Suidâ citatur in v. Παλαμ-
 ναιος, Procopii esse monuit Kusterus. Alterum a
 Scholiaste Thucydidis sic repræsentatur, p. 266.
 Ed. Hudf. εκ των τε Δισωπε μυθων, αλλος αλλον
 αγρεσαι θελων τρεχει τις αλλος δ’ αλλον εκ κακω σωζων.
 Hæc autem, cum & metrum luxatum sit & sensus
 obscurus, an nostri sint diiudicare nolim, donec ac-
 curatius scripta inveniuntur.

P O S T.

P O S T S C R I P T U M.

Cum superiora typis jam descripta essent, commodum literas accepi a viro Reverendo, HENRICO MATTY, Legato Regio in Galliâ A SACRIS, qui codicem illum Coislinianum, de quo in n. 36. p. 28. mentionem feci, rogatu meo inspexit. Locus a Montfauconio indicatus ita se habet. BABΡΙΟΥ· Δεον τα τελη των πραγματων ημας προσορα, και ετως την τετων εγχειρησιν ποιεισθαι. Hæc autem non ex Babrii Choliambis, sed ex profaicâ quâdam fabularum ejus versione deprompta esse credibile est; et quidem, nisi fallor, ex epimythio fabulæ *de Vulpe et Hirco*, Edit. Oxon. 4. Sic enim epimythium illud in Editt. Vulgatis legitur. Ὁ μυθος δηλοι· οτι ετω και τον φρονιμον ανδρα ΔΕΙ, προλερον ΤΑ ΤΕΛΗ σκοπευλα ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ, ειθ' ΟΥΤΩΣ αυλοισ ΕΓΧΕΙΡΕΙΝ.

Et hæc quidem spes sic decollavit. At contra thesaurum profus insperatum intra hos paucos dies detexit, mihique amicissime obtulit, Vir doctissimus SAMUEL MUSGRAVE, Medicus Londinensis; fabulam scilicet Babrii integram, cujus profaicam versionem, sed turpiter mutilatæ, ex codice Bodleiano supra edidi,

48 DISSERTATIO, &c.

edidi, p. 12. Hanc igitur, ut in MSto Harleiano, n. 3521, inter adversaria viri cujusdam docti, sed ignoti, reperta est, typis exprimendam, et hic, quasi lautam cœnulæ brevis epideipnida, apponendam curavi.

———— ***** Βαβριου*

Βαλεριου χωριαμβικοι στιχοι εκ των Αισωπου μυθων.

Ζεὺς ἐν πίθῳ τὰ χρήσα πάντα συλλέξας
 ἔθηκεν αὐτὸν πωμάσας παρ' ἀνθρώπῳ·
 Ὁ δ' ἀκρατὴς ἀνθρώπος, εἶδεναι σπυδαῶν
 τί ποτ' ἦν ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ πῶμα κινήσας,
 Διὸς ἀπελθεῖν αὐτὰ πρὸς θεῶν οἴκας,
 Κάκει πετεσθαι, τῆς τε γῆς ἀνω φεύγειν.
 Μοῆ δ' ἐμεινεν Ἐλπίς, ἣν κατειληφε
 Τέθεν τὸ πῶμα· τοιγαρ' Ἐλπίς ἀνθρώποις.
 Μοῆ συνεχεῖ, τῶν πεφευγῶτων ἡμᾶς.
 Ἀγαθῶν ἕκασον εἰδυωμένη ὄψειν.

In MSto, nomini Βαβριου, quod in primâ lineâ clare legitur, præfigitur vocula, ut videtur, Latina, sed characteribus ex festinatione scribentis tam perverse formatis, ut de verâ eorum potestate aliquid certi statuere difficillimum sit, nisi forte plura ejusdem manûs scripta inspiciendi facultas detur. Conjicere licet, nomen illud Βαβριου esse emendationem alterius, quod infra scribitur, Βαλεριου: sed, quicquid sit, dubitari vix potest hanc fabulam ab eodem auctore profectam esse, a quo cætera omnia, quæ in hoc opusculo collecta sunt, fragmenta fabularum Æsopæarum choliambica.

F I N I S.

AUCTARIUM
DISSERTATIONIS
DE
BABRIO.

E

CUM post editam hanc Dissertationem annis abhinc quatuor, partim amicorum opera et consiliis, partim ex mea ipsius diligentia, nonnulla mihi subsidia paraverim, quibus Auctoris nostri opus paulo locupletius, meum minus culpandum redderetur, tenebris ea damnare nolui; adeoque, cum ejusmodi sint ut, eorum causa, minime necessarium videatur Dissertationem totam *in usum tinearum* recudere, quod hujus folii reliquum est iis recipiendis et in publicum divulgandis destinavi.

P. 5. n. 5. l. ult. *Dele* παιδιογεννηση, quod typographi erratum est, et f. επιγεννηση, quod meum. Totus versus sic scribendus est ex MS. Suidæ Harleiano: n. 3100.

Ὅμοιον αὐτῷ παιδιον ΤΙ γεννηση

Eodem autem modo scribitur in MS. Suidæ, qui in Collegio C. C. apud Oxonienses servatur; ut me nuper certiotem fecit optimæ spei juvenis, THOMAS BURGESS, qui etiam cæteras ejusdem MS. in locis Babrianis varietates mihi humanissime transmisit.

P. n. 6. l. 3, 4. Hi versus in MS. Harl. sic scribuntur,

Λιβυσσα Γέρανος ΗΔΕ Ταιας ἐπιηλιξ

Χλωρην αει ΒΟΣΚΟΝΤΟ χειμῶλος ποιηνη

Quod, opinor, verum est. *Grus* et *Pavo*—pascabant—*hyeme*;—quo scilicet tempore *Grus* in regionibus austrinis versatur.

P. 12. n. 18. Conjecturas has deleri velim, ipsius Babrii fabulâ integrâ jam repertâ. V. p. 47-8.

P. 27. n. 36. l. 11. Lessionem ΚΟΙΤΗΣ confirmat MS. C. C. C.

P. 26. n. 35. *Adde*. Sed Scholiastes in locum citatum Hermogenis docere nos videtur, Nicostratum scripta quædam *mere mythologica* edidisse. Sic enim ille, verba superius allata enarrans, p. 415. Edit. unice Ald. ὡς ὅταν διηγῆται τὰ περὶ τὴν ΧΕΛΙΔΟΝΑ καὶ ΛΑΜΕΙΑΝ· καὶ ὅπως τοῦ ἐν τῇ ΔΕΚΑΜΥΘΙΑ εἰρημενα, οὐ πολεμικα, ἀλλὰ δραματικα τε καὶ ποιητικα. ΔΕΚΑΜΥΘΙΑΝ et ΠΟΛΥΜΥΘΙΑΝ Nicostrato etiam tribuit Suidas, in v.

P. 30. l. 12. Codicis hujus a Montfauconio memorati pleniorē notitiā nuper debemus eru-

dito cuidam Italo, in *Diario*, cui titulus “*Novelle Letterarie*, N° 40. *Firenze*, 1 *Ottobre* 1779.” Quod si Montfauconio (cui consentit Italus) credendum sit, codicem hunc, sæculi scilicet XIII, ante Maximi Planudis ætatem exaratum fuisse, demonstratum est me recte dubitasse [supra. n. 31.] an fabulæ eæ, quas Accursius primus vulgavit, a Maximo Planude scriptæ fuerint. Inter fabulas enim circiter viginti, quæ in *Diario*, speciminis nomine, ex hoc codice proferuntur, undecim ad minimum ex earum numero sunt, quas Accursius edidit. Has igitur jam certissimum est a Planude non scriptas fuisse; probabilius vero fit, nec reliquas. Montfauconii crisin *de stylo* fabularum in hac collectione specimen non confirmat. Dictionum quidem non prorsus eadem est; *stylus*, opinor, *parum diversus*; certe non melior quam in vulgatis; neque ulla, quantum video, Babrii vestigia. *Æsopi vita*, quæ ex hoc codice profertur, sæpius edita est ad finem fabularum Aphthonii. Eadem etiam præfigitur *Æsopi* fabulis in MS. Harl. 5543.

P. 33. post l. 13. *Adde.*
Fab. LXXI.

Γνωμη πονηρα χρηστον ηθος ου τικτει.

Ex MS. Biblioth. Mediceæ. Pl. VII. n. XV.
cui titulus, Γνωμαι συλλεγεισαι υπο κυρια μοναχου του
τε Γεωργιδου. pag. 39.

P. 34. post l. 3. Debueram inferere sequentem
fabulam, quam Babrii esse nemo dubitet.

Fab. CXXXIV. Μυρμηξ και Τεττιξ.

Χειμωνος ωρα σιτον εκ μυχε συρων

Εψυχε

Εψυχε Μυρμηξ, ὃν θερως σεσωρευκει.
 Τεττιξ δε τετον ικελευσε λιμωτων
 Δαναι τι κ' αυτω της τροφης, ὅπως ζηση.
 Τι εν εποικεις, φησι, τω θερει τετω;
 Ουκ εσχολαζον, αλλα διετελεν αδων.
 Γελασας δ' ο Μυρμηξ, τον τε πυρον εγκλειων,
 Χειμωνος ορχε, φησιν, ει θερως ησας.

Protulit ex MS. Æsopi Vossiano L. C. VALC-
 KENAER, Vir Cl. in *Schediasmate de Hygini frag-*
mento Dositheano. Miscell. Observ. Vol. X. p.
 122.

In eodem MS. (cujus apographum Vir idem
 humanissimus mihi nuper inspiciendum concessit)
 etiam alteram fabulam existare comperi, quæ Ba-
 brianis addi debet. V. infra. Fab. CCXIV.

Ibid. Fab. CXLIV. l. 1. MS. C. C. C. habet
 ΜΕΙΔΗΣΑΣ.

Ibid. post l. 24. *Adde.*

Fab. CXLVIII.—Suid. Λυγδινα.

Γλυψας επωλει λυγδινον τις Ερμειαν.

P. 35. l. 13. post *fabula*. Hæc verba—*quæ sola*
ex Babrianis, ut videtur, integra ad nos pervenit—
 deleri possunt.

P. 36. Fab. CLVI. l. 2. Pro *μαλλον*. l. ΠΑΕΙ-
 ΟΝ, ex Suida et MSS.

In loco Etymologi M. turpiter hallucinatus sum.
 Veram lectionem mihi indicavit MUSGRAVIUS ὁ
 μακαριτης.

Ομφαξ, το οξεινον. Βαβριος.

Ομφαξ ὁ βοτρυς· μη πεπειρος, ὡς τερην.

Quæ quidem verba sunt *Vulpeculae, dolorem*
summi fallentis, et, cum versibus tribus ex Suida
 modo positis, fabulam, opinor, claudabant.

P. 37. post l. antepenult. *Adde.*

Fab. CCVIII.

Βιος αβεβαιος παντος ανδρος απληστε

Ελπισι μασαιων πραξιαων αναλνται.

Ex MS. Mediceo. pag. 37. V. supra ad fab.
LXXI.

Fab. CCXIV. Κωνωψ και Ταυρος.

Κωνωψ επιπτας κερασι καμπυλω Ταυρε,

Μικρον δ' επισχων, ειπε ταυλα βομδεησας.

Ει σε βαρυνω τον τενοντα και κλινω,

Καθεδεμ' απελθων ποσημιαις εν αιχειροις.

'Ο δ' ε μελει μοι, φησιν, ετ' εαν μεινης;

Ουτ' αν απελθης ουδ' οτ' ηλθες εγνωνκειν:

MS. v. 1. επιπτας κερασι κ. ταυρος. 4. Καθευδομαι η καλελθω. 5. αν μεινης 6. ουτε οτε η.

Ex MS. Vossiano, de quo supra ad fab.
CXXXIV.

Hic tantum notare libet, Codicem hunc ex fabulis, quas continet, octodecim duas nobis integras, ut ab ipso Babrio scriptæ sunt, conservasse. Quod sane spes nostras [p. 3.] non mediocriter confirmare videatur, multo plura operis Babriani fragmenta in lucem protrahi posse, si Codices Æsopi, præsertim vetustiores, diligenter excutiantur.

P. 38. l. 12. MS. C. C. C. habet ΕΠΕΝ.

P. 41. l. 18. Lege, ut supra monui, p. 51.

'Ομοιον αυτω παιδιον τι γεννηση;

Locum autem Suidæ, quem Æsculapio nostro commendavi, jamdudum, ut video, curaverat Alberti ad Hesych. v. Γυρινον. Suidas scilicet, per errorem, explicationem, quæ ad τον Γυρινον pertinet, τω Φρυγω dedit. Γυρινος enim ΑΔΙΑΠΛΑΣΤΟΣ ΒΑΤΡΑΧΟΣ

ΤΡΑΧΟΣ apud omnes unice vocatur, i. e. *rana nondum perfecta*. Nos dicemus, *A tadpole*. V. Schol. ad Aratum, v. 947. ad Nicand. *Theb.* v. 620. *Alex.* v. 563. Vox *αδιαπλωτος*, quæ ex rarioribus est, reddi debet, opinor, Athenagoræ de Refurr. p. 194. εν ὁμοιομερει και διαπλωτω τῷ σπερματι. I. ΑΔΙΑΠΛΩΤΩ.

P. 42. l. 5. MS. Harl. habet ΣΑΠΡΑΣ ΤΙΣ ηρια. Quod non spernendum est.

Ibid. post l. 12. *Adde.*

Fab. XLIV. Cod. Bodl. V. supra, p. 12.

Zeus εν πειθῷ τα χρησα παντα συλλεξας

Εθηκεν αυτον πωμασας παρ' ανθρωπω

Ο δ' ακραλης ανθρωπος, ειδεναι σπευδων

Τι ποτ' ην εν αυτω, και το πωμα κινησας,

Δηκ' απελθειν αυτα προς θεων οικιας,

Κακει περσεσθαι, της τε γης ανω φευγειν.

Μονη δ' εμεινεν Ελπις, ην καλειληφε

Τεθεν το πωμα' τοιγαρ Ελπις ανθρωποις

Μονη συνεσι, των πεφευγολων ημιας

Αγαθων εκασον εγγυωμενη δωσειν.

Ex MS. Harleiano, de quo supra p. 47-8.

Ibid. l. 15-6. Lege, ut supra monui, p. 51.

Λιβυσσα Γερανος ηδε Ταως ευπηληξ

Χλωρην αει βοσκοντο χειμαλος ποιην.

P. 40. l. 15. MS. C. C. C. habet ΕΠΙ χελιδονος.

THE HISTORY OF

The History of the County of Middlesex, from the earliest times to the present, in a series of letters to a friend, by John Gower, Esq. of the Middle Temple, 1791.

Letter I. The first settlement of the Saxons in the County of Middlesex, and the progress of their conquests in the island of Great Britain, from the year 449 to 517.

Letter II. The reign of King Athelstan, and the establishment of the English monarchy, from the year 927 to 939.

Letter III. The reign of King Canute, and the Danish conquest of the island of Great Britain, from the year 1016 to 1042.

Letter IV. The reign of King Harold Godwinson, and the Norman conquest of the island of Great Britain, from the year 1066 to 1066.

Letter V. The reign of King William the First, and the establishment of the Norman monarchy, from the year 1066 to 1087.

Letter VI. The reign of King Henry the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1087 to 1135.

Letter VII. The reign of King Stephen, and the establishment of the English monarchy, from the year 1135 to 1154.

Letter VIII. The reign of King Matilda, and the establishment of the English monarchy, from the year 1141 to 1141.

Letter IX. The reign of King Henry the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1154 to 1189.

Letter X. The reign of King Richard the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1189 to 1199.

Letter XI. The reign of King John, and the establishment of the English monarchy, from the year 1199 to 1216.

Letter XII. The reign of King Henry the Third, and the establishment of the English monarchy, from the year 1216 to 1272.

Letter XIII. The reign of King Edward the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1272 to 1307.

Letter XIV. The reign of King Edward the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1307 to 1327.

Letter XV. The reign of King Edward the Third, and the establishment of the English monarchy, from the year 1327 to 1377.

Letter XVI. The reign of King Richard the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1377 to 1399.

Letter XVII. The reign of King Henry the Fourth, and the establishment of the English monarchy, from the year 1399 to 1413.

Letter XVIII. The reign of King Henry the Fifth, and the establishment of the English monarchy, from the year 1413 to 1422.

Letter XIX. The reign of King Henry the Sixth, and the establishment of the English monarchy, from the year 1422 to 1471.

Letter XX. The reign of King Edward the Fourth, and the establishment of the English monarchy, from the year 1471 to 1483.

Letter XXI. The reign of King Richard the Third, and the establishment of the English monarchy, from the year 1483 to 1485.

Letter XXII. The reign of King Henry the Seventh, and the establishment of the English monarchy, from the year 1485 to 1509.

Letter XXIII. The reign of King Henry the Eighth, and the establishment of the English monarchy, from the year 1509 to 1547.

Letter XXIV. The reign of King Edward the Sixth, and the establishment of the English monarchy, from the year 1547 to 1553.

Letter XXV. The reign of King Mary the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1553 to 1558.

Letter XXVI. The reign of Queen Elizabeth the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1558 to 1603.

Letter XXVII. The reign of King James the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1603 to 1625.

Letter XXVIII. The reign of King Charles the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1625 to 1649.

Letter XXIX. The reign of King Charles the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1649 to 1685.

Letter XXX. The reign of King James the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1685 to 1688.

Letter XXXI. The reign of King William the Third, and the establishment of the English monarchy, from the year 1688 to 1702.

Letter XXXII. The reign of Queen Anne, and the establishment of the English monarchy, from the year 1702 to 1714.

Letter XXXIII. The reign of King George the First, and the establishment of the English monarchy, from the year 1714 to 1727.

Letter XXXIV. The reign of King George the Second, and the establishment of the English monarchy, from the year 1727 to 1760.

Letter XXXV. The reign of King George the Third, and the establishment of the English monarchy, from the year 1760 to 1800.

